EXERCITATIONES CRITICAE
IN
ANTIPHONTIS ORATIONIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE GISSENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

HERMANNUS REUTZEL

RANSTADTIENSIS.

GISSAE.

TYPIS VILELMI KELLER.

MDCCCLXXIX.

MEMORIAE PATRIS SACRUM.

MEMORIAE PATRIS SACRUM.

Index locorum.

I. hyp.	pg.	52.	
„ 10.	„	57 sq.	
„ 17.	„	45.	
„ 20.	„	58 sqq.	
„ 25.	„	60.	
II. α. 4.	„	60 sq.	
„ „ 9.	„	61 sq.	
„ β. 5.	„	39.	
„ γ. 3.	„	62 sqq.	
„ δ. hyp.	„	41. 46.	
„ „ 1.	„	45 sq,	
„ „ 7.	„	27 sq.	
„ „ 8.	„	64 sq.	
„ „ 9.	„	65.	
„ „ 10.	„	65.	
„ γ. 3.	„	31 sq. 41 sq. 65 sq.	
„ „ 6.	„	39 sq. 46 sq.	
„ „ 8.	„	47 sq.	
II. γ. 10.	pg.	42.	
„ δ. 4.	„	66.	
„ „ 5.	„	48.	
„ „ 9.	„	48 sq.	
IV. α. 2.	„	24. 29 sq.	
„ „ 7.	„	22 sq.	
V. 10.	„	50.	
„ 17.	„	44.	
„ 22.	„	66.	
„ 28.	„	50.	
„ 39.	„	53.	
„ 45.	„	66 sq.	
„ 51.	„	51.	
„ 71.	„	22.	
VI. 5.	„	38.	
„ 8.	„	67.	
„ 9.	„	20 sq. 23.	
„ 26.	„	20. 38.	

Inter eos codices, quibus Antiphontis orationes nobis servatae sunt, inprimis codex Oxoniensis N, ex quo Maetzner eum in lucem protulit atque eius auctoritatem in textu constituendo maxime secutus est, animos virorum doctorum in se convertit. ac primus quidem Hermannus Sauppe [1]) luculentissime docuit, hunc codicem ex eodem fonte descriptum esse, unde Crippsianus A fluxerit, permultis sane interpolationibus refertum. postquam autem Blass in nova editione Antiphontis orationum nihilominus codice N summo ad textum constituendum adiumento usus est, exstitit Hug, qui novum argumentum ad hanc quaestionem discernendam attulit [2]), cum pretium codicis N ex ea ratione, qua omnes codices inter se coniuncti essent, pendere recte iudicaret. nam cum codices A et N ex uno eodemque fonte derivatos esse et Sauppe et Blass [3]) nunc consentiant et cum haec sententia novis Crippsiani collationibus per Blassium [4]) et Siggium [5]) factis magis magisque confirmata sit, plurimae lectiones, quas N proprias praebet, inprimis quae ad ver-

[1]) in epistula critica ad Godofr. Herm. pg. 27—30 et in quaestionibus Antiphonteis (anni 1861).

[2]) cf. Philolog. Anzeiger vol. IV. anni 1872, pg. 127.

[3]) cf. praefationem editionis Dinarcheae, pg. IV.

[4]) cf. Rh. Mus. XXVII., pg. 90 sqq.

[5]) Siggii collatione Hug usus est.

borum collocationem spectant, interpolationi debentur, *si classis β sui iuris est.* qua de re Hug cum paulo post accuratius disseruisset in programmate Universitatis Turicensis inscripto : „De arte critica in Antiphontis orationibus factitanda“, etiam Blassio persuasit, classem β ex codice A derivari non potuisse[1]). si enim classis β sui iuris non est, aut ex α i. e. archetypo codicum A et N, aut ex codice A manu secunda (A^2) correcto pendere debet[2]). quorum prius statuere vetamur, ut alia transeam, inprimis propter magnum numerum bonarum lectionum, quae familiae β et A^2 communes neque ex α derivari neque coniectura inveniri poterant, alterum autem verisimilius esse videtur propter magnum consensum, qui inter A^2 et β exstat. concedendum etiam est, in codicibus classis β ne uno quidem loco lacunam codicibus A et N communem expletam esse et infra videbimus, lectiones, quas classis β contra AN proprias praebet, plurimas falsas esse. contra autem Hug ostendit[3]) correctorem A^2 non ex coniectura, sed ex auctoritate alicuius codicis emendationes suas hausisse, quem classis β fuisse multo verisimilius est, quam alium codicem ignotum. cui argumento alterum ipse addam :

A^2 cum β consentit centum[4]) fere locis, uno tantum secundum Hugium[5]) discrepat : II. α. 3, ubi A^2 ex testimonio Blassii[6]) et Siggii ὑμέτερον praebet, A pr. N et β : ἡμέτερον. cum vero A^2 et β, si Hug recte adnotavit, discrepent etiam IV., δ. 3[7]) : A pr. : ὅτε, A^2 : ὅγε, B : ὅτε,

[1]) cf. Philol. Anzeiger vol. IV., pg. 387.
[2]) cf. stemmata, Hug pg. 22.
[3]) Hug pg. 10, 11, 23.
[4]) Hug pg. 9 infra.
[5]) Hug pg. 10.
[6]) Rh. Mus. XXVII., pg. 95.
[7]) Hug pg. 6.

MZ : ὅδε, et V. 17[1]) : A^2MZ : ὠφελεῖσθαι, B[2]) : ὠφελῆσθαι, dicendum est, A^2 consentire cum β centum fere locis, dissentire tribus, A^1 et A non correctum a codicibus classis β dissentire centum fere locis[3]). sin autem archetypus classis β ex codice A descriptus esset, etiam plura exempla exstarent, ubi A^2 et β discreparent, cum A^1 et A non correctus tam multis locis dissentiant. nam fieri non potuit, ut is, qui archetypum classis β ex A descripserit, accuratissime omnes fere lectiones manus secundae A^2 transcriberet, cum correcturas manus prioris A^1 et lectiones codicis A non correcti tam saepe neglegeret. iam consensus, qualis est inter A^2 et β, ita tantum explicari potest, ut unum secundum alterum correctum esse statuatur, atque in utro hoc factum sit, in aperto est.

Constat igitur correctorem A^2 codice aliquo classis β usum emendasse. exsistit autem quaestio, utrum hic corrector (A^2) semper auctoritatem codicis classis β secutus

---

[1]) Hug pg. 8.

[2]) Hug pg. 10 commemorat, A^2 inprimis cum B consentire et infra comprobare studeo, LMZ ex B fluxisse atque correctorem A^2 ex B emendationes hausisse, quare hoc loco A^2 et B vel β dissentiunt.

[3]) 84 locis: AN contra β, in 6 : A^1 contra omnes recte se habent, 9 locis A solus falsum praebet. quorum novem locos, in quibus A solus, neque per A^1 neque per A^2 correctus, falsum praebet, hic afferam :

I. 27 :	A :	τύχῃ,	cett. :	τύχοι.
II. α. hyp.	A :	ἐνδείκτυται,	cett. :	ἐνδείκνυται.
II. α. 10 :	A :	ἀσύμφορόν,	„	ἀσύμφορόνθ'.
IV. α. 10 :	„	προστρόπαιον,	„	προστρόπαιος.
V. 13 :	„	εἶναι falso add.		
V. 85 :	„	κριτοὶ,	„	κριταὶ.
V. 94 :	„	ἡμῖν,	„	ὑμῖν.
VI. 38 :	„	χρόνους,	„	χρόνον.
VI. 42 :	„	ἦν om.	„	servaverunt.

hi loci, cum N et β recte se habeant, ad Hugii sententiam confirmandam afferri possunt, nisi quis statuit, β ex conjectura fortuito idem, quod N, invenisse.

sit, id quod Hug minus recte statuisse mihi videtur[1]), an illis tantum locis, ubi lectiones classis β praeferendas esse censuerit lectionibus codicis A : quem correctorem ex libidine tantum lectionibus classis β usum esse ad suum codicem emendandum mihi persuasum est. .quascunque enim lectiones manus correctoris A^2 praebet, eas in codicibus classis β, saltem in codice B inveniri (tribus, de quibus non constat, exceptis) supra vidimus, lectiones autem, quas familia β ab A discrepantes praebet, non omnes in codice A per manum secundam correctae sunt. Hic enim corrector, cum ex centum fere locis nonagies codicem A emendaverit et decies tantum aliquid falsi ei obtruserit, octoginta[2]) fere locis codicem A non correxit, in quibus classis β variantes lectiones praebet (si eas discrepantias colligimus, quae usque ad V. 84 inveniuntur, nam A^2 inde a V. 85 non amplius inveniri, sed correctorem magno suo labore defatigatum substitisse, Hug[3]) recte statuisse mihi videtur, quia post hanc paragraphum perpauca tantum vestigia correctoris A^2 inveniuntur, neque verisimile est, eum tam paucis locis mutasse. huius rei causa VI. 9 lectio per Siggium tradita (A^1 : „τουτουὶ δὴ") praeferenda est, cum Blass adnotaverit[4]) : A^2 : „τουτουὶ δὴ", praeterea Blass[5]) errasse videtur ad VI. 10 adnotans : A^2 : τινός, et Hug[6]) ipse erravit ad VI. 23 : „ἕτοιμοι εἶεν", β A^2; quare his tribus locis manus prima (A^1) statuenda est). si vero quis dicit, has discrepantias inde natas esse, quod A^2 secundum

---

[1]) cf. Hug pg. 10 : „auctoritate magis, quam ratiocinatione ducebatur", pg. 11 : „eum exemplo suo etiam in minimis obedire voluisse."

[2]) 62 locis β contra AN, 6 locis A^1 contra omnes, 7 locis A pr. β contra A^1N consentiunt.

[3]) Hug pg. 7.

[4]) Rh. Mus. XXVII, pg. 94.

[5]) l. c. pg. 96.

[6]) Hug pg. 20.

archetypum vel codicem classis β ignotum correxerit et quod codices classis β neglegenter descripti sint, primum codex B minime neglegenter descriptus est, tum etiam plura exempla invenire deberemus, ubi A² et β discreparent, tertium infra comprobabo, correctorem A² ex B emendationes suas hausisse. sequitur, ut correctorem A² non ex auctoritate codicis classis β, sed ex sua libidine illis tantum locis correxisse dicamus, ubi lectiones classis β praeferendas esse censuerit lectionibus codicis A. qua in re eum nonnullis locis errasse, non est mirandum, inprimis II. γ. 5. hic enim cum verba „οὐ" et „λειφθεὶς" absurda reciperet, verba, quae recte se habent „ἂν" et „ὁ" neglexit; porro III. γ. 10 loco verbi „τοῦ" restituit „τῷ", id quod Maetzner frustra defendere studuit; IV. δ. 6 autem „κρεῖσσον ὢν" facile in „κρείσσων ὢν" mutare potuit propter insequens verbum : ἱποδεέστερος; praeterea III. δ. hyp. verbum „δὲ" addere potuit, quia duo scholia iam in textum irrepserant; etiam II. β. 6 „δὲ" inseri poterat, et V. 17 si[1]) A² re vera „ὠφελεῖσθαι" praebet, hic corrector minus auctoritatem codicis, quem „ὠφελῆσθαι" praebuisse ex lectione codicum AN et codicis B elucet, secutus esse videtur, quam ratiocinationem suam.

Classem β sui iuris esse et A² secundum exemplar aliquod classis β correctum esse, Blass[2]) concessit, nihilominus, in codice N interpolatorem grassatum esse, id quod necessario inde sequitur, negavit, cum ex natura lectionum patere diceret, codicem N interpolatum non esse, et omnes lectiones, quas proprias praeberet, ex duplici archetypi omnium communis recensione explicandas esse[3]). quem archetypum (x) duplices lectiones praebere constat, atque

---

[1]) Hug pg. 8.

[2]) Philol. Anzeiger vol. IV., pg. 387.

[3]) cf. etiam Rh. Mus. XXVII., pg. 99.

huius rei exempla infra afferentur, sed recte Hug[1]) monuit, omnes discrepantias codicis N, inprimis quae ad collocationem verborum pertinerent, inde explicari non posse, quia in A saltem plura vestigia duplicis recensionis invenire deberemus. „fac“, inquit, „duplicem in archetypo lectionem ita fuisse propositam, ut ei, qui scriberet, optio permitteretur“ cett. quam sententiam ut confirmem, exemplis per Hugium allatis, ubi haec optio dari non potuit (II. δ. 2, β. 3), nonnulla addere mihi liceat :

II. β. 13 : A β : περιιδεῖν ἀδίκως καὶ ἀθέως διαφθαρέντα μ ε ὑπ' αὐτῶν.

N : περιιδεῖν μ ε ἀδίκως καὶ ἀθέως διαφθαρέντα ὑπ' αὐτῶν.

ubi dicet Blass verbum „με“ locum habuisse in archetypo omnium communi? ita quidem, ut suprascriptum fuerit, explicari non potest. eadem res est VI, 2 :

A β : ὥστ' οὐ δεῖ ἐκ τῶν λόγων τοῦ κατηγόρου ὑ μ ᾶ ς τοὺς νόμους μαθεῖν.

N : ὥστ' οὐ δεῖ ὑ μ ᾶ ς ἐκ τῶν λόγων τοῦ κατηγόρου τοὺς νόμους μαθεῖν.

II. γ. 8 : A β : ἱκανὸν μὲν εὐδαιμονίας. N : εὐδαιμονίας μὲν ἱκανόν.

nescio, quomodo haec permutatio ex duplicibus archetypi lectionibus explicari possit.

II. β. 9 : A β : τῆς δὲ πόλεως καὶ τοῦ σώματος, N : τοῦ δὲ σώματος καὶ τῆς πόλεως.

Cum verba „τῆς πόλεως“ et „τοῦ σώματος“ consulto permutata esse pateat, Franke[2]), quem Blass secutus est, lectionem codicis N recte se habere verbaque „τοῦ σώματος“ anteponenda esse censuit, quod „vita“ maioris momenti

[1]) Hug pg. 19.

[2]) cf. annales philol. et paedag. vol. 28, pg. 73.

esset, quam „usus urbis". Sauppe[1]) autem recte contra dixit, reum nisi vivum in urbe manere non posse, ita ut, si N codicis lectio genuina fuisset, verba „καὶ τῆς πόλεως" eiicienda essent.

I. 29 : ABL : πρὶν ἐν αὐτῷ ὦσι τῷ κακῷ γ' ἤδη.
N : πρὶν γ' ἤδη ἐν αὐτῷ ὦσι τῷ κακῷ.
MZ : γε πρὶν ἐν αὐτῷ ἤδη τῷ κακῷ.

verba „γ' ἤδη" in archetypo omnium communi post verba „τῷ κακῷ" locum habuisse consensu codicum ABL docemur, ex quo intellegitur, N in iustum locum ea transposuisse, et M alio modo interpolasse, qua in re verbum „ὦσι" omiserit[2]).

Iam Briegleb[3]) et Schoell[4]) recte statuisse videntur, codicem N, cum ex α describeretur, per doctum aliquem grammaticum interpolatum, tum per alterum hominem neglegenter descriptum esse[5]), qua re sententia Blassii refutatur, qui negat, doctum grammaticum tam multa insanissima menda, quae in codice N invenirentur, committere potuisse[6]). difficultatem autem ab Hugio motam Blass ita effugere studuit, ut sibi persuaderet, lectiones varias, quas N praeberet, in codicem α illatas esse, postquam codex A descriptus esset. qua sententia accepta quid lucramur?

---

[1]) quaest. pg. 9.

[2]) cf. praeterea :
II. γ. 6 : Aβ : γ'εἶχε τούτου, N : εἶχε τούτουγε.
VI. 29 : Aβ : οἱ αὐτοὶ μὲν μάρτυρες ἐμοί, N : οἱ αὐτοὶ μάρτυρες ἐμοὶ μέν.
VI. 32 : Aβ : ἐθέλοντος ἐλέγχεσθαι ἐμοῦ, N : ἐμοῦ ἐθέλοντος ἐλέγχεσθαι.

[3]) in dissertatione inscripta : „Zur Kritik des Antiphon, Anclam 1861", quae mihi praesto non erat.

[4]) cf. annales philol. et paedagog. vol. 103, pg. 300.

[5]) cf. Hug pg. 18, 24 (in stemmate).

[6]) cf. exempla Philol. Anz. IV. pg. 388.

nihil enim interest, utrum statuamus, doctum illum grammaticum in describendo codice N interpolasse an ab eo codicem α interpolationibus mutatum atque codicem N ex codice α interpolato neglegenter descriptum esse dicamus. sed Blass non solum codicem N interpolationibus carere contendit, verum etiam classem β, quam sui iuris esse Hugio concessit, nullius fere pretii esse censet, quippe in qua permultis locis interpolationes factae sint[1]), atque sub finem recensionis duo exempla affert, quibus classem β interpolatam esse demonstrare studet; de his eum locis minus recte iudicasse, infra aperire studebo. accuratius enim in hanc quaestionem inquirere mihi proposui, atque in priore parte huius opusculi de ratione, qua codices BLMZ inter se coniuncti sint, pauca disseram, in altera omnes lectiones afferam, quas ad Blassii sententiam refellendam momentum facere puto.

I.

Qua ratione codices BLMZ inter se coniuncti sint.

Codices BLMZ unius familiae sunt, cuius rei pauca insignia exempla hic afferam :

Lacunae maiores his codicibus communes, quae in codicibus AN expletae sunt, inveniuntur :

I. 10, II. β. 10, V. 16. 88, VI. 23 (III. γ. 6 nonnulla verba recte omissa esse videntur[2]).

Praeterea IV. β. 2 codices BLMZ „σιδήρῳ“ omiserunt.

---

[1]) cf. Philol. Anz. IV., pg. 387 et 389 infra.

[2]) cf., quae infra de hoc loco dicam.

V. 48. codices BLMZ : „φεύγω“ omiserunt.

II. α. hyp. codices BLMZ : „λέγοντος“ praebent. NA praebent : „φεύγοντος“.

II. γ. 6 codices BLMZ : „παραχρῆναι“ praebent. AN „παραχθῆναι“ praebent.

Omnino codices BLMZ octoginta fere locis consentiunt contra codices AN, quare Hug statuit, eos ex uno archetypo, quem β appellavit, descriptos esse. horum tamen codex Laurentianus B a ceteris discernendus est, nam codices LMZ in mendis quibusdam saepissime consentiunt, ita ut Hug recte singularem codicem γ statuerit eorum fontem fuisse [1]). codex B autem sincerissimus testis familiae β est; cf. exempli gratia VI. 44 : AN : ἡμέραι ὁ, B : ἡμέρας ὁ, MZ : ἡμέρας, ubi solus accusativus „ἡμέρας“ in codice B servatus recte se habet, quem librarius codicis B non coniectura invenit, quia, si eum interpolasset, etiam verbum „ὁ“ omisisset, id quod in codicibus MZ consulto omissum est. praeterea cf. II. β. 10, ubi classis β lacunam praebet propter verbum „ἀποκτεῖναι“ brevi intervallo bis positum. in codice B quidem verba „ὀρθῶς“ et „καταλαμβάνητε“ servata sunt, in codicibus autem classis γ verbum „ὀρθῶς“ consulto omissum atque „καταλαμβάνητε“ in „καταλαμβάνηται“ corruptum est, cum in codice L signum quidem lacunae positum sit. hic enim codex, Marcianus L, ex γ multo melius descriptus est, quam codex M, quare dolendum est, quod Bekker eum non ultra tertiam orationem contulit, quippe quem tam multis in mendis cum Z consentire viderit, nam ex 124 locis, quibus codices MZ in tribus prioribus orationibus, ita ut semper fere falsum praebeant, contra B consentiunt, codex L 82 locis a parte codicis B

---

[1]) Hug pg. 24; exemplum prolatum (V. 65) non plane quadrat, quia nescimus, quid L praebeat, sed alia exempla si quaeris, cf. I. 29, III. γ. 6, δ. 4.

stat. codex autem Burneianus M, a Bekkero omnino spretus, per Dobsonum collatus, cum codice Vratislaviensi Z artissimis vinculis coniunctus est, ita ut unus ex altero descriptus esse videatur. quae cum ita sint, Thalheim[1]), quod ad Lycurgi Leocrateam attinet, comprobare studet, codicem Z ex codice M descriptum esse. quae sententia recte se habet atque his etiam locis Antiphonteis firmari posse videtur :

I. 10 : M : τἀληθῆ (supra: ἀψευδῆ) τἀληθῆ
Z : τὰ ψευδῆ τἀληθῆ
cett. : τἀληθῆ;

I. 28 : M : μή
Z : μήτε
cett. : μὴ ;

II. β. 9 : M : τῆς (supra: τοῦ σώματος) οὐσίας
Z : τῆς τοῦ σώματος οὐσίας
c. : τοῦ σώματος;

II. β. 9 : M : πᾶσιν ὑποδείξω (supra: λ ψ)
Z : πᾶσιν ὑποδείξω
cett. : πᾶσιν ὑπολείψω;

II. β. 10 : cf. de hoc loco pag. 9, MZ ὀρθῶς omiserunt, cum in codice L signum quidem lacunae positum sit.

II. γ. 1 : M : αὐτοὺς (supra: εἰς)
Z : εἰς αὐτοὺς
cett. : εἰς τοὺς ;

II. γ. 9 : M : λέγω (supra: ο μεν)
Z : λέγωμεν
cett. : λέγομεν ;

II. δ. 7 : M : ἂν ὅσι' ἂν πάθοιμι
Z : ἂν ὅσ' ἂν πάθοιμι
cett. : ἀνόσι' ἂν πάθοιμι ;

II. δ. 10 : M : ὄὕτως
Z : οὕτως
cett. : ὄντως (recte!).

1) in annal. philol. vol. 115, pg. 673.

in codice M spiritus lenis servatus est;

V. 11 : M pr. : ἐπαρ ω ν ώ μενος — cett. : ἐπαρώμενον;
Z : ἐπαρ ω κ ώ μενον

V. 13 : MZ : διέφερε σθαι,
cett. : διέφερε στέρεσθαι;

V. 14 : MZ : καταθ ε μ έ ν ο υ ς μανθάνειν,
cett. : καταμανθάνειν;

V. 30 : cett. : ἔχοντα παρὰ σφίσιν αὐτοῖς;

M in hac regione verbum δαπανᾶν in margine additum habet, Z : ἔχοντα παραδαπανᾶν σφίσιτον;

V. 46 : M : καὶ καὶ — cett. : δὲ καί;
Z : καὶ

ων
V. 50 : M : κινδυνεύειν — cett, : κινδυνείων;
Z : κινδυνεύειν

V. 53 : MZ : συγγράψειεν,
cett. : συγγράψας πέμψειεν;

VI. 24 : M : οὐδὲ οὐδέποτε — B : οἰδὲ οὐδεπώποτε
Z : οἰδέποτε — (AN : οὐδεπώποτε).

Ex his exemplis discimus, M saepe a lectione genuina propius abesse, cum Z magis depravatus sit, praeterea in codice Z saepe errores in codice M neglegenter inter scribendum factos repeti, ut II. β. 9, II. γ. 1; saepe etiam M et Z ita consentire, ut fortuito in idem eos vitium incidisse vix veri sit simile.

Examinemus porro, qua ratione M et Z inter se consentiant ac dissentiant : M et Z *consentiunt* in tribus prioribus orationibus 124 locis contra B, quorum in 82 codicem L a parte codicis B stare vidimus[1]. in orationibus autem IV, V, VI, ubi nescimus, quid L praebeat, M et Z 232

[1]) cf. pg. 9 infra.

fere locis ita consentiunt contra B, ut 207 locis falsum, in 13 rectum praebeant, 12 locis et codicis B et codicum MZ lectiones falsae sint.

Contra M et Z *dissentiunt*[1]) 114 locis, quorum in 72 Z falsum praebet contra M et B, in 31 M contra Z et B, in 11 uterque falsum praebet contra B; qui loci omnes mihi afferendi sunt, ut comprobem, codicem Z ex codice M descriptum esse :

	Z falsum praebet,	M cum cett. recte se habet :
I. 2	: *καταστῆσαι,*	*καταστῆναι,*
„ „	: *εἰ καὶ,*	*εἰκὸς,*
„ 5	: *ἔγωγε* om.	serv.
„ „	: *ἑκουσίας,*	*ἑκουσίως,*
„ 7	: *αἰτίας τῶν πεπραγμένων,*	v. „*τῶν πεπραγμένων*“ recte omissa sunt;
	verba „*τῶν πεπραγμένων*“ sequentia per aberrationem oculorum inseruit librarius codicis Z;	
„ 8	: *οὐδὲ,*	*ἐν δὲ,*
„ „	: *ἡγεῖτο-ἀφανισθῆναι* om.	serv.,
„ 10	: *ἀναγκαζόμεναι,*	*ἀναγκαζόμενοι,*
„ 12	: *μὴ* om.,	serv.,
„ 13	: *ἀλλ᾽ ἀσαφὲς,*	*ἀλλὰ σαφὲς,*
„ „	: *γινομένων,*	*γενομένων,*
„ 16	: *ἐκεῖνα,*	*ἐκεῖνον,*
„ 17	: *εἶναι* om.,	serv.,
„ 23	: *ὅπως γε δῶσι,*	*ὅπως διδῶσι,*
II. α. 8	: *ἴδη,*	*ᾔδει,*
„ „ 9	: *δὲ οἱ,*	M : *δὲ εἰ* (cett. *δ᾽εἰ*),
„ β. hyp.	: *καὶ* om.	serv.,
„ „ 7	: *ἀποκλίναντας,*	*ἀποκτείναντας,*
„ „ 9	: *ὑποδείξω,*	*ὑπολείψω,*

[1]) vide pg. 16, quam paucis locis codex M falsum praebeat in prima et quinta oratione!

Z falsum praebet,		M cum cett. recte se habet:
II. β. 9	τῆς τοῦ σώματος οὐσίας,	τοῦ σώματος,
„ γ. 1	εἰς αὐτοὺς,	εἰς τοὺς,
„ „ 2	οἱ om.,	serv.,
„ „ 9	λέγωμεν,	λέγομεν,
III. β. 10	δικάζει,	δίκαιοι,
„ „ „	πολλαπλασίας,	πολλαπλασίους,
„ „ „	διδάξω,	διάξω,
„ γ. 1	ἱμῖν,	νῦν,
„ „ 2	χρώμενον,	χρώμενος,
„ „ „	ἂν om.,	serv.,
„ „ 6	σκοπὸν om.,	serv.,
„ „ 9	ἂν,	ὧν,
„ „ 10	διὰ τὴν ὑποφορὰν,	διὰ τὸ ὑπὸ τὴν ὑποφορὰν,
„ δ. 9	ὑπολήψεσθε,	ὑπολείψεσθε,
IV. α. 1	φοινικάς,	φονικάς,
„ „ 5	τῶν εἰργασμένων,	τῷ εἰργασμένῳ,
„ β. 2	ταῦτα,	ταὐτὰ,
„ „ 3	„	„
„ γ. 4	ὁ ἀνὴρ-ἐξ ὧν ἔδρασεν om.,	serv.,
„ δ. 8	τοῦ om.,	serv.,
„ „ „	κέκριται,	κέχρηται,
V. hyp.	ἐγένοντο-πλοῖον om.,	serv.,
„ 4	ὅπερ,	ἅπερ,
„ 10	ἐμοῦ,	ἐμοὶ,
„ „	ἐπαρωκώμενον,	ἐπαρῴμενον,
„ 15	ὅτι οὐδεὶς om.,	serv.,
„ 20	μάρτυρες om.,	serv.,
„ „	οὖν,	αὖ,
„ 22	οὐδὲν,	οὐδενὶ,
„ 28	ἐξέβαλλεν,	ἐξέβαινεν,
„ 37	τῷ,	αὐτῷ,

Z falsum praebet,	M cum cett. recte se habet :
„ 43 : *μου τοῦ,*	*μοι τοῦ,*
„ 47 : *γίνεσθαι,*	*γίνεσθε,*
„ 49 : *εἰργάσασθαι,*	*εἴργασθαι,*
„ 50 : *ἀεὶ* om.,	serv.,
„ „ : *κινδυνεύειν,*	*κινδυνεύων,*
„ 53 : *ἔμελλε* om.,	serv.,
„ 72 : *διαφθεῖραι,*	*διαφθείρει,*
„ „ : *μὴ,*	*μέγα,*
„ 96 : *πάσχων,*	*πάσχω,*
VI.hyp. : *ἔτρεψε,*	*ἔτρεφε,*
„ 2 : *ὑπάρχοι,*	*ὑπάρχει,*
„ 7 : *διαβαλλόντες,*	*διαβάλλοντες,*
„ 9 : *ἐνταῦθι,*	*ἐνταῦθα,*
„ 10 : *ἅτις,*	*ὅστις,*
„ 18 : *τοῦτο,*	*τούτου,*
„ 19 : *ἐναντίων,*	*ἐναντίον,*
„ 26 : *οἱ οὐκ ἐθέλοντες- τούτων* om.,	serv.,
„ 28 : *λέγουσιν* om.,	serv.,
„ 33 : *πάθητε,*	*μάθητε,*
„ 41 : *καὶ* om.,	serv.,
„ 42 : *φόνον,*	*φόνου,*
„ 51 : *ἐξαπατήσαντες,*	*ἐξαπατήσοντες;*

Videmus, codicem Z nonnullas maiores lacunas praebere, quas M cum ceteris explevit (I. 8, IV. γ. 4, V. hyp., V. 15, VI. 26), ex quo perspicuum est, M ex Z descriptum non esse [1]).

Uterque autem codex falsum praebet, ita ut dissentiant, his fere locis :

[1]) cf. etiam I. 5, 17, III. γ. 6, V. 50, 53, VI. 28.

I. 11	M	ἐπ ἠγγέλθη	BLA : ἐπηγγέλθη[1]), N recte : ἀπηγγέλθη;
	Z	ἰπηγγέλθη	
II. α. 10	M	ἐπί γε πρὸς αὐτὰς	ANB : ἐπί τε τὰς αὐτὰς;
	Z	ἐπεί γε αὐτὰς	
II. δ. 7	M	ἂν ὅσι' ἂν	ἀνόσι' ἂν;
	Z	ἂν ὅσ' ἂν	
III. γ. 12	M	κατορορύγμεθα	BL : κατωρορύγμεθα, AN recte : κατωρύγμεθα;
	Z	κατορωρύγμεθα	
V. 46	M	καὶ καὶ	δὲ καὶ;
	Z	καὶ	
V. 62	M	δὴ καὶ ὃς (sic etiam B)	AN : δ'εἰ καὶ ὡς;
	Z	δὶ καὶ οἳ	
V. 80	M	διδάσκεσθε ζ	διδάσκετε;
	Z	διδασκεσθε	
VI. 9	M	μέγας	μέγα;
	Z	μέγαν	
VI. 11	M	Ἐρεχθήδι	Ἐρεχθηΐδι;
	Z	Ἐρεχθίδι	
VI. 24	M	οὐδὲ οὐδὲποτε	B : οὐδὲ οὐδὲ πώποτε, AN : οὐδεπώποτε recte;
	Z	οὐδέποτε	
VI. 49	M	διωμόσαντες	ANB : διομόσαντος, recte : διωμόσαντο.
	Z	διομόσαντες	

Videmus, in plerisque horum locorum lectionem codicis Z etiam magis depravatam esse, quam codicis M.

Restant loci, in quibus M falsum praebet, Z cum ceteris recte se habet :

I. 9 : M verba *ταύτην οὐκ οὖσαν ἄπαρνον* omisit, quae in codice Z servata esse ex Bekkeri adnotatione : „ABLZ : *ταύτην*“ concludi potest.

---

[1]) ABL et M corr. lectionem archetypi x praebent, quare hoc exemplum etiam ad antecedentem classem referri poterat.

M falsum praebet,	Z cum cett. recte :
I. 14 : *Φιλόνεος,*	*Φιλόνεως,*
„ 32 : *μέλλειν* (etiam L.),	*μέλειν,*
II. α. 10 : *ἴοντας,*	*ἴοντα,*
„ β. hyp. : *τὴν ἀ π ὸ αἰτίαν,*	*τὴν αἰτίαν,*
„ „ 4 : *ἐγὼ δ'εἰκότως* (etiam A), (B : *ἐγώδ'εἰκότως*),	*ἐγὼ ἂν εἰκότως,*
„ γ. 10 : *ἡμῶν,*	*ὑμῶν,*
III. β. 10 : *ἀβίοτον,*	*ἀβίωτον,*
„ γ. 3 : *ἡμέτερον,*	*ὑμέτερον,*
„ „ 5 : *ὅς* om. (et. ABN),	serv. cum L.,
„ δ. 5 : *ὑπελθόν,*	*ὑπελθών,*
ον	
„ „ 9 : *ἐνθίμ ε ί ως* (L : *ἐνθύμ ε ι ον*).	*ἐνθύμ ι ον,*
„ „ „ : *ἐνθίμειον,*	*ἐνθύμιον,*
η	
IV. α. 2 : *προαποθνήσκειμεν,*	*προαποθνήσκοιμεν,*
„ „ 3 : *ἁλιτηρίων* (etiam A),	*ἀλιτηρίων,*
„ „ 4 : *ἁλιτηρίους* „	*ἀλιτηρίους,*
„ β. 4 : *ὕστερον* om.,	serv.,
„ „ 7 : *ἁλιτηρίων* (etiam A),	*ἀλιτηρίων,*
„ γ. 7 : „ „	„
„ „ 10 : „ „	„
V. 22 : *μετέβηκεν,*	*μετέβημεν,*
„ 46 : *ἐξέλητε,*	*ἐξέληται,*
„ 49 : *ἡμῶν,*	*ὑμῶν,*
„ 80 : *ἡμετέρᾳ,*	*ὑμετέρᾳ,*
VI. 8 : *ἡμῖν,*	*ὑμῖν,*
„ 15 : *ἀγαγὼν* (etiam B),	*ἀγάγω,*
„ 17 : *ἐπὶ* (etiam ANB),	*ἔτι,*
„ 26 : *προφάσεις,*	*πρόφασις,*
„ 38 : *χρόνου,*	*χρόνον,*
„ „ : *ἀπέδειξε,*	*ἀπέδειξεν,*
„ 39 : *ἑτέροθι,*	*ἑτέρωθι.*

Haec 31 exempla si perlustramus, graviores discrepantias non invenimus nisi I. 9, IV. β. 4 (de quibus infra agam). nam I. 31, III. δ. 9 etiam L praebet falsas lectiones, quae igitur in codice γ inerant, ita ut in codice Z sive ex γ sive ex M descripto ex coniectura emendationes factae sint. neque minus falsas lectiones VI. 15 codex B, II. β. 4, III. β. 5, VI. 17 codices ANB praebent, qua re verisimilius est, Z ex coniectura mutasse quattuor autem locis, ubi de adiectivo „ἀλιτήριος“ agitur, praeter M etiam in codice A spiritus asper traditus est, unde docemur, hoc ex arbitrio uniuscuiusque librarii pependisse, et quinquies in codice M prima persona pronominis personalis vel possessivi usurpata est, ubi librarius codicis Z secundam restituisse videtur. De uno loco VI. 38 iudicium ferri non potest, ubi Bekker nihil adnotans scripsit : „ἀπέδειξέν τι“, id quod in omnibus codicibus videtur invenisse; ex Dobsoni autem testimonio codex A praebet : „ἀπέδειξέ τι“, idem M et N, quare Bekker, si de codice A erravit, etiam de codicibus BZ errare potuit. ceteris autem 13 locis leves errores inter scribendum facti exstant, qui facillime in codice Z corrigi poterant, atque omnino in IV. V. VI. oratione nescimus, quid L praebeat; ubi enim hic cum M consentit, in Z interpolationem factam esse oportet. restant duo loci : I. 9, IV. β. 4 :

IV. β. 4 verbum ὕστερον facillime ex coniectura addi poterat.

I. 9 autem verisimile est, verba ταύτην - οὖσαν etiam in codice Z deesse; si insunt, coniectura inventa esse videntur, ita ut ne hic quidem locus nos impediat, quominus statuamus, codicem Z ex M descriptum esse.

Quibus explicatis iam quaerendum est, utrum codex B et codices classis γ ex uno archetypo β fluxerint an classis γ ex codice B descripta sit. atque de Lycurgi Leocratea

Thalheim [1]) nonnullis exemplis allatis comprobare studet, γ ex B pendere non posse. verum in Antiphontis orationibus haec quaestio ad certum finem perduci non potest, quia codex L non ultra tertiam orationem collatus, et collationi Bekkerianae saepe fides deroganda est. Bekkerum enim de codice A saepius errasse, ex novis huius codicis collationibus elucet. nonnullis autem locis iisque gravissimis de omnibus codicibus tacuit. nihilominus persuasum habeo codicem γ ex codice B descriptum esse :

B cum γ 84 fere locis consentit contra AN, ex quibus ad sententiam meam confirmandam hos maxime afferam :

II. α. hyp. : AN : *τέχνην*, id quod recte se habet, B : *δύναμιν τέχνην*, L : *δύναμιν*, M : *διάνοιαν* (in margine : *δύναμιν ἢ τέχνην*) ;

II. β. 3 : AN : *τῶν ἄλλων*, B : *τὸν ἄλλων*, M : *τὸν ἄλλον* ;

II. β. 10 : B omisit verba „*αὐτὸν - ἀποκτεῖναι*“ (propter v. *ἀποκτεῖναι*.)

L cum signum lacunae poneret, verbum „*ὀρθῶς*“ omisit, M nullo lacunae signo posito ex coniectura verbum „*ὀρθῶς*“ omisit.

V. 18 : AN : *περιέθεσαν*, B : *περιέσεσαν*, M : *περιέσεισαν* ;

„ 49 : AN : *δύο*, B : *δὺν*, M : *σὺν* ;

„ 50 : x praebuisse videtur : *προτείναντας* [2]), B : *προτείναντον* (ον superscr.), M : *προτείναντι* (ex coniectura !) ;

„ 59 : AN : *ἁλοίης*, B : *ἁλλοίης*, M : *ἀλλοιεῖς* ;

VI. 24 : AN : *οὐδεπώποτε*, B : *οὐδὲ οὐδὲ πώποτε*, M : *οὐδὲ οὐδέποτε*,

---

[1]) in annal. philol. vol. 115, pg. 674, 679.

[2]) cf. Hug pg. 17.

VI. 50 : AN : *οὗτοι*, B : *οὗτος*, M : *οὗτως*.

Praeterea in codicibus classis *γ* ne una quidem lacuna earum quae in B exstant, expletur, cum contrarium saepe factum sit :

I. 3. :	classis *γ*	*καὶ προβουλῆς*	omisit;
I. 16 :	in codice *γ*	*εἶναι*	omissum est;
II. *α*. hyp. :	» » »	*πρὸς αὑτὸν*	» »
II. *β*. 3 :	» » »	*τὴν ἔχθραν*	» »
» » 6 :	» » »	*ἦσαν δὲ-αὑτὸν*	» »
» *γ*. hyp. :	» » »	*πλούσιον*	» »
» » 2 :	» » »	*τοιοῦτον*	» »
III. *α*. 2 :	» » »	*οὐδὲν*	» »

(lacunas, quae inde a quarta oratione in solo codice M exstant, non affero, quia nescimus, quas codex L expleverit.)

At contra sententiam meam primum omnes loci afferri possunt, quos codicibus AN et classi *γ* communes invenimus. quorum octo locis *γ* cum A contra B recte se habere videtur :

III. *β*. 10 :	B : *τούτους*,	cett. : *τούτου*,	
» *δ*. 3 :	» : *ἐλεγχῇ*,	» *ἐλεγχθῇ*,	
V. 27 :	» : *τούτου*,	» *τούτων*,	
» 45 :	» : *δὲ τιθεμένου*,	» *δ' ἐντιθεμένου*,	
» 53 :	» : *τούτω*,	» *τοῦτο*,	
VI. 26 :	» : *ἐγὼ* (?),	AN : *ἐγὼ ταῦτα*,	M : *ἐγὼ πάντα*,
» 27 :	» : *ἡ* om.,	cett. : serv.	
» 48 :	» : *ἀπροαγορεύοντες*,	cett. : *προαγορεύοντες*,	

at de duobus tantum certum iudicium fieri potest, de III. *β*. 10, *δ*. 3, quorum in utroque error scribendi statuendus est, qui in *γ* facillime corrigi poterat. hoc secundo loco inde, quod in B circumflexus servatus est, perspicue intellegitur[1]). contra VI. 27 verbum *ἡ* in codicibus AB omis-

[1]) In mutatione subiecti offendi non debet, neque Hirschigio assentiendum est, qui in Philologi vol. IX., pg. 732 ex codicis B lectione ab origine *ἐλέγχῃ* fuisse suspicatur.

sum esse Bekker dicit, in A servatum esse Blass testatur[1]); ita fit, ut Bekkeri adnotationi nulla fides habenda sit; VI. 48 porro verbum „ἀπροαγορεύοντες", cum in pr. M inesset, in codice γ locum habuit neque quidquam ex hoc loco concludi potest. V. 27, 45, 53 autem non constat, ab utrius parte codex L stet, in omnibus levis error statui debet. restat VI. 26, ubi Bekker adnotavit : „ἐγὼ ταῦτα A, ἐγὼ πάντα Z", ergo in B verbum „ταῦτα" omissum esse videtur, sed cf. V. 66, ubi Bekker lectione codicis B : „εὐπορεῖτε" in textum recepta nihilominus expressis verbis adnotavit: „εὐπορεῖτε B" quare inde, quod Bekker de codice B hoc loco nihil adnotavit, colligi non potest, verbum ταῦτα in codice B deesse.

Tribus in locis codex B solus veram lectionem praebere videtur :

V. 66 : B : εὐπορεῖτε (imperfectum), A : εὐποροῖτε[2]),
N et M : εὐπορῆτε.

In codicibus N et M interpolatio facta est, cum propter verbum ἂν coniunctivus desideraretur.

VI. 9 : B : τούτου ἰδία (?), A pr. : τούτου αδ[3]) (Blass[4]) : τούτου εἰδ.), N : τούτου ἰδῄ, A¹ : τουτουὶ δὴ[5]),
M : τουτουὶ δή.

Maetzner et Blass adnotaverunt : τούτου ἰδία ABL, sed in codice A aliam lectionem inesse nunc scimus et codex L non collatus est, agitur igitur de codice B. qui codex si „τούτου ἰδία" praeberet, librarius felici coniectura hunc locum sanasset, sed mihi persuasum est, verba „τούτου ἰδία"

---

1) cf. Rh. M. XXVII., pg. 96.
2) cf. Blass praef. edit. pg. III.
3) Hug pg. 5.
4) cf. Rh. M. XXVII., pg. 94.
5) cf. supra pg. 4.

in codice B non inesse, cum Bekker, qui de codice A erravit, etiam de codice B errasse videatur.

V. 44 : B : αὐ(?), AN : αὐτῷ;
M lacunam praebet, Bekker codicum mentionem non fecit, quare, quid codex B praebeat, nescitur.

Iam Thalheim ad confirmandam suam de Lycurgo sententiam paucos locos attulit, in quibus vitia quaedam codici A et nonnullis codicibus classis γ communia inveniuntur, quae facile corrigi poterant, quaeque in B et in ceteris codicibus classis γ correcta sunt. his locis codices deteriores fortuito in idem vitium incidere non potuisse, Th. dixit, quia semper iidem codices cum A consentirent. quocunque modo id in Lycurgi Leocratea se habet, in Antiphontis certe orationibus unum tantum exemplum inveni, I. 27 : AL : τύχῃ, BMN : τύχοι, ubi coniunctivus propter „ἄν" particulam facillime nasci poterat; praeterea modi saepissime confunduntur[1]), quare A et L fortuito in idem vitium incidisse puto. quod in eadem paragrapho A γ „ἑκουσίως", BN : „ἑκουσίοις" praebent, hoc exemplo nihil probatur, nam adverbium et adiectivum saepe confunduntur, cf. I. 5, III. γ. 7.

Quaeritur autem, quid iudicandum sit de lectionibus, quas γ proprias praebet contra ANB. B enim cum AN trium priorum orationum 41 locis consentit contra γ, quorum uno lectio classis γ praeferri potest : II. β. 1 ; ANB : ἐπιγινόμενα, γ : ἐπιγενόμενα, nam aoristus praeferendus esse videtur propter alia participia, quae hoc loco usurpata sunt. (II. γ. 12, ubi ANB : ἔκ τε τῶν praebent, γ τε ex coniectura omisit, Blass probabiliter coniecit, olim „ἔκ τε τῶν εἰρημένων ἔκ τε τῶν προειργασμένων" fuisse. cf. II. α. 9: ἐξελεγχόμενος δ' ὑπό τε τῶν εἰκότων ὑπό τε τῶν παραγε-

[1]) cf. exempli gratia VI. 10 : A pr. N : καταψηφίσεσθε, A[1] B : καταψηφίσησθε, recte se habet optativus; cf. etiam V. 66.

νομένων). inde a quarta oratione (neque enim amplius scimus, ab utra parte codex L stet) ANB contra M consentiunt 194 locis, quorum tribus (V. 11, 45, VI. hyp.) sedes verborum fluctuat, sexies lectio codicis M praeferenda esse videtur :

V. 49 : ANB : *δὴ*, M : *δὲ*,
„ 71 : „ : *μήτεμετ' ὀργῆς*[1]), M : *μὴ μετ' ὀργῆς*,
VI. 4 : „ : *νόμῳ*, M : *τῷ νόμῳ*,
infra dicitur „*ὁ νόμος*“ et „*μὴ οὐ χρήσασθαι τῶ νόμῳ*“ et constat de certa quadam lege agi; cf. etiam V. 87; Bekkerum quoque in textu „*τῷ νόμῳ*“ scribere voluisse, ex eius adnotatione patet.

VI. 4 : AN : *ἱερῶν ἀγώνων θυσιῶν*, B : *ἀγώνων ἱερῶν θυσιῶν*, M : *ἱερῶν θυσιῶν ἀγώνων*.
„ 15 : ANB : *κτεῖναι*, M : *ἀποκτεῖναι*,
„ 44 : AN : *ἡμέραι ὁ* / B : *ἱμέρας ὁ* } M : *ἡμέρας*;

quos locos si consideramus, videmus, omnes lectiones facile coniectura inveniri potuisse, exempli gratia VI, 44 verbum *ὁ*, quod nullum sensum praebet, ex coniectura in codice M omissum est.

Nonnunquam incertum est, utra lectio praeferenda sit, neque, num lectio classis *γ* coniectura inveniri potuerit, dubitari non potest :

IV. *α*. 7 : ANB : *τῇ τε ἀνομίᾳ*, M : *τήν τε ἀνομίαν*.
lectio codicum ANB praeferenda est, quia verbum „*ἀμύνειν*“ cum dativo coniunctum significat : „adiuvare“, quem sensum hoc loco desiderari ex verbo „*κολάζοντες*“ opposito elucet; verba autem : „*ἡ ἀνομία τοῦ παθήματος*“ significant : „iniuria, qua quis contra leges affectus est“, nostra lingua : „das gesetzwidrig zugefügte Leid“ cf. III. *β*. 12 :

---

[1]) cf. Dobson pg. 146 (ad pg. 106, 19); Bekker, quem Blassius secutus est, erravit.

„αἰδούμενοι τὴν εὐσέβειαν τῶν πραχθέντων“, similiter I. 13 : „πυθέσθαι τὴν σαφήνειαν τῶν πραχθέντων.“

IV. β. 7 : ANB : ἐπιδέδεικται, M : ἱκανῶς ἐπιδέδεικται,

„ δ. 5 : „ : δίκαιος, „ : δικαιότερος,

Blass lectionem codicis M praetulit, cuius sententiam Schoell [1]) refutavit :

VI. 9 : ANB : οὐδεὶς πώποτε οἷός τε ἐγένετο αὐτῶν,
M : οὐδεὶς πώποτε εὑρέθη αὐτῶν,

Blass suspicatur fuisse: οὐδεὶς πώποτε εὑρέθη αὐτῶν οὐδ' οἷός τε ἐγένετο; nescio vero, qua ratione lacuna in codicibus ANB exorta sit, nam verbum „εὑρέθη“ sensui tam aptum neglegentia quadam facile irrepsit.

VI. 46 : ANB : τούτου αὐτοῦ ἕνεκα, M : τούτου γε ἕνεκα,

Blass : τούτου γε αὐτοῦ ἕνεκα, sed cf. Schoell pg. 303, cui assentior.

V. 46 : ANB : καταμανθάνειν, M. : κ α τ α θ ε μ έ ν ο υ ς μανθάνειν.

V. 30 : ANB : ἔχοντα παρὰ σφίσιν αὐτοῖς,

M in hac regione verbum „δαπανᾶν“ in margine additum praebet, unde Z : ἔχοντα παραδαπανᾶν σφίσι τον;

VI. 11 : ANB : οὔτε ἐνέχυρα, M : οὔτ' εἰς ἐνέχυρα [2]).

omnibus locis, qui hucusque allati sunt, tantum de codice M agitur, quem neglegentissime scriptum esse permultis exemplis comprobari potest, saepissime enim in eo menda inter scribendum facta statim correcta sunt. quare omnes lectiones, quas codex M proprias praebet, aut neglegentia aut coniectura natas esse statuendum est neque his locis prohibemur censere, γ ex B descriptum esse. at

---

[1]) cf. Schoell pg. 303.

[2]) cf. praeterea I. 21 : M pr. : ἢ τυχεῖν ἐλέους, in margine ut cett. : ἢ αἰδοῦς τυγχάνειν, II. β. hyp. : M : τὴν ἀ π ὸ αἰτίαν, cett. : τὴν αἰτίαν.

fortasse mihi quispiam nonnullos locos obiiciet, quibus duplex recensio archetypi omnium communis confirmari videatur, et dicet vestigia talis recensionis ita in γ inveniri, ut una lectio in B, altera in codicibus classis γ, sive omnibus sive in parte aliqua insit, quare codicem B fontem classis γ esse non posse : cuius modi quinque locos afferam :

III. β. 7 : A pr. NBM pr. : ἁμαρτὼν, A¹M corr. L : ἁμαρτὸν,

facile, cum verbum μειράκιον subiectum sit, „ἁμαρτὼν" in „ἁμαρτὸν" mutari poterat, quamquam „ἁμαρτὼν" recte se habere verbo insequenti : „ἀκοντίσας" docemur.

IV. α. 2 : A pr. γ : τροφέας τε καὶ, A corr. NB : τροφέας τε,

cum verbum „καὶ" nullum sensum praebeat, A pr. γ casu in idem vitium incidisse videntur, et Sauppe verbo „γὰρ" in tertia paragrapho deleto omnia bene procedere ostendit, cum inter se respondeant: ὅτε θεὸς . . . . ., ὅτε ἀποθανὼν . . . . ., ἡμεῖς τε; quam ob rem immerito Spengel[1]), qui in hac verborum coniunctione offendit, hunc locum sanare studuit, cum in secunda paragrapho orationis „ὅτε" scriberet loco verborum „ὅ τε" atque post lectionem codicum A pr. et γ verbum τροφοὺς insereret.

V. 39 : A pr. NM : ἐξάγει, A²B : ἐξάγοι[2]).
„ 59 : „ „ „ : σὺν, „ : σὺ,
VI. 30 : „ „ „ : διδάσκοι, „ : διδάσκει,

his tribus locis M forte cum A pr. N consentit, modos saepissime confundi supra diximus[3]).

Omnia exempla si consideramus, invenimus, omnino duodecim fere locos contra sententiam meam afferri posse,

---

[1]) cf. Rh. M. XVII., pg. 169, adnot.
[2]) cf. Rh. M, XXVII., pg. 94 : A² : ἐξάγοι.
[3]) cf. pg. 21.

quorum de plerisque certum iudicium ferri non potest. quae cum ita sint, γ ex B fluxit neque amplius ad artem criticam in Antiphontis orationibus exercendam codicum LMZ ratio habenda est.

Reliquum est, ut de ratione, qua codex B et A² inter se coniuncti sint, nonnulla verba faciam. Hug enim (pg. 10) commemorat, lectiones codicis A manu secunda correctas inprimis cum codicis B lectionibus consentire. exempli gratia cf. II. β. 6 : A²B : εἰκὸς ἂν ἦν, ubi γ lacunam praebet, quare correctorem A² neque ex codice γ neque ex codice classis γ emendationes suas hausisse constat. Alia exempla sunt :

II. γ. 5 : BA² (etiam L) : λειφθεὶς, M : ληφθεὶς;
III. γ. 6 : BA² ; δ' ἀρνούμενος (recte!), γ : διαρνούμενος, A pr. N : δ' ἀρνούμενοι;
„ „ 7 : BA² : ἀκουσίως ἢ ἑκουσίως, γ omisit verba ἢ ἑκουσίως, A pr. N falso : ἑκουσίως ἢ ἀκουσίως;
V. 10 : BA² : οὔ, γ : οὐ;
„ 39 : BA² : ἐξάγοι, γ : ἐξάγει.

uno tantum loco lectio manus secundae A² cum lectione codicis M consentire videtur contra B :

V. 17 : A pr. N : ὠφελῆσαι, B : ὠφελῆσθαι, A²M : ὠφελεῖσθαι [1]),


certum iudicium de hoc loco fieri non potest; Bekker adnotavit : AB : ὠφελῆσθαι, sed cum A² „ὠφελεῖσθαι" praebere et Blass[2]) et Sigg[3]) testentur, Bekker, si de codice A erravit, non minus de codice B errasse videtur. sin autem re vera hoc uno loco A² cum codice M consentit contra B, corrector A² magis ratiocinationem suam, quam

---

[1]) pg. 3.
[2]) Rh. M. XXVII., pg. 94.
[3]) Hug pg. 8.

auctoritatem codicis secutus est, neque hoc uno exemplo prohibemur statuere, correctorem A^2 ex codice B emendationes suas hausisse *codicemve B ex archetypo* (x) *omnium communi descriptum esse.*

Argumentatio igitur mea si recte se habet, sequitur, ut stemma per Hugium positum[1]) paulum mutandum atque ita instituendum esse dicamus :



Si quis codicem n ita tollere studet, ut cum Blassio statuat, varias lectiones in α illatas esse, postquam A descriptus est, non resistam atque α erit codex a grammatico interpolatus [2]).

II.

De classe β recte aestimanda.

Pretium classis β Blass olim nullum esse censuerat, quia eius codices ex codice A fluxissent atque interpolationibus

---

[1]) Hug pg. 24.
[2]) cf. pg. 7—8.

varie depravati essent. posteaquam vero Hug ei persuasit[1]), classem β ex codice A derivari non potuisse, quam sententiam supra firmare studui, nihilominus negavit Blass[2]), codicibus classis β ullam auctoritatem tribuendam esse, quippe in quibus saepissime interpolatio grassata esset. atque de classis γ codicibus quos quidem ex codice B derivatos atque interpolatos esse supra demonstravi, Blassii sententia probanda est, sed codicem B immerito multis locis interpolatum appellari ita nunc ostendere mihi in animo est, ut omnes lectiones afferam, quae ad Blassii sententiam refellendam alicuius momenti esse mihi videantur.

Ac primum quidem eos locos consideremus, in quibus B cum A^1 consentit contra A pr. N[3]) : omnibus his locis duplices lectiones in archetypo omnium communi fuisse, Blass[4]) et Hug[5]) demonstrarunt. quarum cum librarius codicis α utramque reciperet, codicis B unam eligeret, codices A pr. N fortuito eandem lectionem praebent et corrector A^1 ex α correxit. quodsi igitur lectio codicis B in archetypo omnium communi infuit neque ex α neque ex A^1 in codicem B irrepsit, sequitur, ut in omnibus huiusmodi exemplis codicemB suspicione interpolationis liberari dicamus. Blass, qui classem hanc littera α significavit, duodecim exempla profert[6]), quorum de II. δ. 7 iudicari non potest, quia ne-

---

[1]) supra pg. 5.

[2]) cf. Philol. Anzeig. IV., pg. 387, cf. etiam pg. 389; „vor allem müssen wir nach meiner Auffassung unbeschränktes Mifstrauen hegen gegen die interpolierte Classe β."

[3]) Blass et Hug dicunt : „β A^1 contra A pr, N". loco classis β semper nunc codicem B ita pono, ut si quando classis γ cum B non consentit, hoc disertis verbis commemorem.

[4]) Rh. M. XXVII., pg. 100.

[5]) Hug pg. 14.

[6]) Rh. M. XXVII., pg. 100.

scimus, quid in codice B insit[1]), III. γ. 3 non plane quadrat, cum A pr. et N dissentiant[2]), IV. γ. 6 ad alteram classem Hugii[3]) : „A¹ contra omnes codices“ referendum est; quare restant *novem* loci, quibus Hug *undecim* exempla addidit, quae omnia recte se habent; *quattuor* autem ipse addo haec :

I. 26 : A pr. N : *ὥς γ'*, A¹B : *ὅς γ'*.
VI. 11 : „ „ „ : *διδασκάλιον*, A¹B : *διδασκαλεῖον*, (quia A² in sexta oratione non invenitur, A¹ correxisse verisimile est.)
V. 59 : A pr. N : *σὺν* (M), A¹B : *σὶ*.
VI. 30 : „ „ „ : *διδάσκοι* (M), A¹B : *διδάσκει*. (in his duobus locis M fortuito cum A pr. N consentit, si codex B fons classis γ fuit.)

Omnino igitur 24 exempla huius classis sunt, quorum in *14* A¹B rectam lectionem praebent :

A pr. N :	*A¹B :*
I. 12 : *καταψηφίσεσθε*,	*καταψηφίσησθε*,
„ 26 : *ὥσγ'*,	*ὅς γ'*,
II. α. hyp. : *Λυσίῳ*,	*Λυσίου*,
„ γ. 9 : *φανερὸς*,	*φανερῶς*,
„ δ. 8 : *Διϊπολείοις*,	*Διϊπολίοις*,
„ „ 11 : *ὡς* (cf. I. 26),	*ὃς*,
III. β. 5 : *φανερῶς* (cf. II. γ. 9),	*φανερὸς*,
„ γ. 9 : *οὐ* om.,	serv.
IV. δ. 9 : falsa iteratio inde ab „*ἢ καταλήψιμον*“.	A¹ delevit, B recte omisit,

---

[1]) Bekker quia nihil adnotans scripsit *κυρίων*, ita legisse videtur, sed cum *A*¹M ex Dobsoni testimonio *κυρίως* praebeant, Hug pg. 13 censet, id etiam in *β* inesse; sed hoc si verum est, miror Bekkerum nihil adnotasse.

[2]) cf. pg. 31—32.

[3]) Hug pg. 14.

A pr. N :	A^1B
N totam descripsit, A pr. prius animadvertit.	
V. 7 : διαπράσσονται,	διαπράσσωνται,
„ 22 : N : αὖτ' ἐγώ, A pr. : αὐτ' ἐγὼ,	A^1B : αὖ ἐγώ, (M : οὖν ἐγὼ),
„ 59 : σὺν,	σὶ (M : σὺν),
VI. 11 : διδασκάλιον,	διδασκαλεῖον,
„ 27 : ἔφευγεν,	ἔφευγον.

Septem porro locis lectio codicum A pr. N praeferenda est :

A pr. N :	A^1B :
I. 1 : ἔχει μοι,	ἔχοιμι,
V. 19 : ἐλασσωθεὶς,	ἕλος σωθεὶς,
„ 32 : ἐγὼ μὲν,	μὲν om.,
VI. 22 : εἶεν,	εἰσὶ,
„ 28 : μαρτυρούντων,	καταμαρτυρούντων,
„ 30 : διδάσκοι,	διδάσκει (M : διδάσκοι),
„ 50 : μεσεγγυησάμενοι,	μετεγγυησάμενοι.

Tribus autem locis et codicum A pr. N et A^1B lectiones corruptae sunt :

I. 30 : A pr. N : ἂν ἀπολοῦνται, A^1B : ἀπόλωνται, M ex coniectura recte : ἀπόλλυνται [1]).

IV. α. 2 : A pr. N : ἀξιωθέντος, A^1B : ἀξιωθεὶς [2]).

Archetypus x = α : ἀξιωθέντος (εἰς suprascr.), ita ut B praetulerit lectionem suprascriptam. sed „vita“ non est, quae tanto dono digna habeatur, quare „ἀξιωθέντος“ falsum est. neque lectio „ἀξιωθεὶς“ recte se habet, ne ita quidem, ut

[1]) cf. Blass, Rh. M. XXVII., pg. 101, Schoell pg. 301.

[2]) cf. Saupp. ep. crit. pg. 30, quaest. Ant. pg. 15, 16.

ex IV. β. 7 loco verbi „ἀποκτείνει“ scribamus „ἀποστερεῖ“, id quod Reiske coniecerat, nam sensus non desiderat: „qui, tanto dono dignus habitus, alterum hoc dono privat“, sed: „qui unum ex iis, qui tanto dono digni habiti sunt, vita privat“, quare proxime ad verum Blass accessisse videtur, cum scriberet: „τῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀξιωθέντων ἡμῶν.“

VI. 10: A pr. N: καταψηφίσεσθε, A¹B: καταψηφίσησθε, optativus restituendus est.

inter hos locos inprimis V. 19 commemorandus est, ubi duplici ratione comprobare possumus, lectionem „ἕλος σωθεὶς“ in archetypo omnium communi fuisse:

1. A¹ omnino ex codice α correxit, ergo verba „ἕλος σωθεὶς“ in α infuerint necesse est.

2. Nomen „Helos“ ex hac corrupta lectione in hypothesin irrepsisse inter viros doctos constat. quae hypothesis cum in omnibus codicibus inesset neque igitur archetypo x deesset, sequitur, ut verba quoque „ἕλος σωθεὶς“ in archetypo omnium communi fuisse dicamus.

Praeterea huic classi Hug [1]) duos locos subiungit, in quibus, cum A¹B consentiant, A pr. et N inter se discrepant.

V. 50: A pr.: τὸν αὐτὸν λόγον λέγοντι, N: τὸν αὐτὸν ἀεὶ λόγον λέγοντι, A¹B: τὸν αὐτον λόγον ἀεὶ λέγοντι;

assentior Hugio, qui verbum „ἀεὶ“ glossema in margine archetypi (x) additum fuisse opinatur, quod librarius codicis A pr. omisit, N ex suo arbitrio transposuit.

VI. 40: A pr.: ἐπειδή μοι ἐπύθετο προειρημένον εἴργεσθαι, N: ἐπειδὴ ἐπύθετο προειρημένον μοι εἴργεσθαι, A¹B: ἐπειδὴ ἐπύθετο προειρη-

---

[1]) Hug pg. 15.

μένον εἴργεσθαί μοι. in x = α erat:

ἐπειδή
μοι,
ἐπύθετο προειρημένον εἴργεσθαι

N verbo „μοι" rectam sedem tribuit.

eodem modo se habent III. γ. 3, VI. 23, quorum in utroque loco A¹B consentiunt, A pr. et N discrepant, quia N interpolavit:

III. γ. 3. hoc loco de codicis A lectione Blass¹) et Hug²) dissentiunt, cum

secundum Hugium : A pr. : ἡγήσησθε, A¹ : ἡγήσασθε,
„ Blassium: „ „ : ἡγήσασθε, „ : ἡγήσησθε

praebeant. quamquam ceteris in locis semper Siggii collatiŏ praeferenda esse mihi videtur, hic tribus ex causis Blassium veram lectionem dedisse puto :

1. Bekker et Dobson, cum nihil adnotarent, in textum receperunt : „ἡγήσησθε", quare haec esse videtur lectio codicis A¹;

2. non est verisimile, A² „πεισθέντας" in „πεισθέντες" mutasse, „ἡγήσασθε" non correxisse, cum B : „ἡγήσησθε" praebeat;

3. Hugio pg. 5 haec discrepantia commemoranda erat, quare aut Sigg aut Hug errasse videtur.

η
α praebuit : „πεισθέντας ἡγήσασθε", A pr.: „πεισθέντας ἡγήσασθε", A¹ : πεισθέντας ἡγήσησθε", BA² : „πεισθέντες ἡγήσησθε", N : „πεισθέντας ἡγήσασθαι".

hoc loco et N et B interpolasse videntur, neque enim lectionis „ἡγήσασθαι", neque lectionis „πεισθέντες" ullum vestigium in archetypo omnium communi inerat, nisi forte

ες η
statuimus, archetypum x praebuisse: πεισθέντας ἡγήσασθε, et scribam codicis α, cum litteras „ε" et „ς" verbo „πει-

¹) Rh. M. XXVII., pg. 93.

²) Hug pg. 17.

σθέντας" suprascriptas omitteret, „ἡγήσασθε" (η suprascr.) scripsisse. Lectio autem codicis N praeferenda est.

VI. 23 : A pr.: ἕτοιμος εἶεν[1]), N: ἑτοιμός εἰμι (interpolavit), A^1B : ἕτοιμοι εἶεν.

scribendum est : ἕτοιμος εἴην. neque Hug, cum ipse statuisset[2]), A^2 in sexta oratione non amplius inveniri, adnotare debuit : $A^2\beta$: ἕτοιμοι εἶεν.

Omnino 28 exempla classis α attulimus, in quibus codicem B interpolatum non esse argumentis satis firmis comprobatum est.

Sequuntur nonnullae lectiones codicibus A pr. et B contra A^1N communes, quae eadem de causa interpolationi deberi non possunt, nam in iis quoque duplex recensio archetypi (x) statuenda est. exempla autem huius classis, quam littera β significavit, Blass[3]) tria attulit, quorum de II. α. 1 iudicari non potest[4]). Hug[5]) huic classi etiam eos

---

[1]) Hug pg. 7, 12.

[2]) Hug pg. 7.

[3]) Rh. Mus. XXVII., pg. 98.

[4]) Bekker nihil adnotans „διαγνωσθῆναι" in textum recepit. cum autem A^1 et M (cf. Dobson pg. 140) „γνωσθῆναι" praebeant, dubitari potest, quid B praebeat. — quae exempla Blass huic classi propinqua sub γ attulit, ea minime quadrant, nam VI. 42 etiam in codice B inesse „προδιαδικασίας" Bekker disertis verbis dixit, et VI. 44 Bekker aliquid perturbavit, tamen B cum A^1N consentire mihi persuasum est. contra sub γ Blass afferre potuit : II. β. 9, δ. 5, III. β. 2, quibus locis A^1N consentiunt contra A pr., ita ut B aliud aliquid praebeat :

II. β. 9 : Hug pg. 14 statuit, A^1 contra omnes codices praebere „εἰ μὴ", de codicis N lectione non constare, sed ex Maetzneri silentio patet, etiam in N verba „εἰ μὴ" exstare, ergo :

A pr. : εἰ παρεφρόνουν, A^1N : εἰ μὴ παρεφρόνουν, B : εἰ μὲν παρεφρόνουν;

II. δ. 5 : A pr. : ἀφίωντο, A^1N : ἀφίοντο, BA^2 : ἀφίοιντο;

III. β. 2 : A pr. ὑμῖν omisit, B in ὑμῶν depravatus est.

[5]) Hug pg. 14 : „A pr. plerumque cum vulgata."

locos attribuit, in quibus A pr. et β dissentiunt, sed ex his ad quaestionem nostram discernendam nihil concludi potest. quae cum ita sint, omnino quattuor tantum exempla quadrant, quorum duo Blass, duo Hug protulit :

                                                α
III. β. 10 : x = α = A : ὑπό τε τῆς ἀληθείας τοῦ
            δ   γ   β
νόμου ὑπότε τῶν πραχθέντων;

A pr. et B lectionem archetypi quamvis falsam[1]) tradiderunt, nam in B quidem siglis omissis idem descriptum est, quod x = α = A pr. praebent, N vero secundum sigla ordinem restituit.

IV. δ. 11 : A pr. B : οὕτω γάρ, A¹N : οὕτω γάρ ἄν.

              ἄν
x = α = A : οὕτω γάρ, in codice B verbum ἄν omissum est, non ex coniectura, sed cum librarius aut „γάρ" aut „ἄν" scribendum esse putaret atque „γάρ" eligeret

V. 22 : A pr. B : μετάβασις, A¹N : μετέκβασις,

              ἐκ
x = α = A : μετάβασις; in B verbum „ἐκ" omissum est;

V. 46 : A pr. B : ἐνθυμεῖσθαι, A¹N : ἐνθυμεῖσθε[2]).
in codice B verbum δεῖ additum est, quod in α omissum erat, cf. infra pg. 51.

Nunc venio ad eas lectiones, quas codex B sive proprias contra AN sive cum A² contra A pr. N praebet. antequam autem ad singulos locos enumerandos accedo, rationem numerorum praemittam :

Codices AN consentiunt contra B 90 locis,
quorum AN recte se habent 73 „
„ B „ „ habet 13 „
iudicari non potest de 4 „ .

---

[1]) Hug pg. 14 : „A pr. plerumque cum vulgata."
[2]) Hug pg. 6.

A pr. N consentiunt contra BA^2 54 locis,
quorum A pr. N recte se habent 7 „
„ BA^1 „ „ „ 44 „
„ utrique corrupti sunt 3 „ .

ex quo efficitur, ut AN sive A pr. N bonas vel meliores lectiones nobis servaverint 80 locis, codex B solus sive BA^2 57 locis.

Ac primum omnes locos, quibus codex B contra AN falsas lectiones praebet, in unum collectos affero, ut comprobem, plurima vitia non interpolandi studio, sed per neglegentiam scribendi exorta esse :

	AN :	B :
I. 5 :	ἀκουσίως,	ἀκουσίας (cf. I. 27, III. γ. 7),
„ 11 :	νῦν δὲ-τῷ φόνῳ,	om. propt. verba τῷ φόνῳ,
„ 20 :	A : οὐδ' ἐν αἰτίᾳ, N : οὐδὲν αἰτία,	οὐδ' ἐναντία,
„ 23 :	τῆς αὐτοῦ,	τῆς omis.,
„ 26 :	γ' ἐκπλεῖν,	γε πλεῖν,
„ „ :	εἱστιᾶτο,	ἑστιᾶτο,,
„ 27 :	καὶ αὐτῇ,	καὶ τῇ,
II. α. hyp.:	φεύγοντος,	λέγοντος,
„ „ „ :	τέχνην,	δύναμιν τέχνην[1]),
„ „ 9 :	παρεσχόμεθα,	παρευχόμεθα (M : παρειχόμεθα),
„ β. 7 :	οὐ γὰρ ἄν,	ἂν om. (cf. IV. δ. 1),
„ „ 9 :	εἰ μὴ (A pr. μὴ omisit),	εἰ μὲν,
„ „ 10 :	αὐτὸν τούς τε-ἀποκτεῖναι,	om. propter ἀποκτεῖναι[2]),
„ γ. 2 :	ὑπ' αὐτῶν,	ὑπ' αὐτοῦ,

[1]) cf. pg. 18.
[2]) cf. pg. 18.

	AN :	B :
II. γ. 6	: παραχθῆναι,	παραχρῆναι,
„ „ 7	: μή,	μὲν (cf. β. 9),
„ „ „	: πᾶς,	πῶς (cf. γ. 5),
„ „ 10	: μὲν add.,	omis.,
III. β. 2	: ὑμῖν (A pr. om.),	ὑμῶν,
„ „ 4	: ὑπελθὼν,	ἐλθὼν (cf. β. 5, γ. 10, δ. 4. 5, 6, 10),
„ „ 5	: ἀπὸ τοῦ σκοποῦ,	τοῦ om.,
„ „ 10	: τούτου,	τούτους (LM : τούτου),
„ „ 11	: καταστήσητε,	καταστήσετε,
„ „ 12	: δύο,	δύω (cf. V. 49, VI. 31),
„ γ. 2	: ἢ λέξας,	ἤλεγξας,
„ „ 7	: ἀκουσίοις,	ἀκουσίως (I. 5, 27),
„ „ 12	: κατωρύγμεθα,	κατωρορύγμεθα, (M : κατορορύγμεθα),
„ δ. 2	: λεπτὰ δὲ,	δὲ om.,
„ „ 3	: ἐλεγχθῇ,	ἐλεγχῇ (LM : ἐλεγχθῇ),
„ „ 6	: τοῦτον,	τοῦ,
„ „ 7	: ἀτρέμα,	ἀτρέμας (cf. γ. 10),
„ „ 10	: ἐλεγχόντων,	ἐλέγχοντα,
„ „ „	: τὸν ὑπὸ τὴν,	τὴν ὑπὸ τὴν,
IV. β. hyp.	: ἐπὶ τὸν θεραπεύσαντα,	τὸν ἐπιθεραπεύσαντα,
„ „ 2	: σιδήρῳ,	om.,
„ δ. 1	: ἂν add.	om. (cf. II. β. 7),
V. hyp.	: δ' ἐπὶ,	δὲ,
„ 1	: καθεστάναι,	καθιστάναι,
„ 5	: γλώσσης,	γλώττης,
„ 7	: κατηγορημένων,	κατηγορουμένων,
„ 13	: ὡσπερεὶ ἄκοντα,	ὡς περιάκοντα,
„ „	: τοῦτο δὲ,	τούτω δὲ (M : τούτῳ δὲ),
„ 16	: τουτουσὶ - ἅπαξ,	om. (propt. ἅπαξ),
„ 18	: περιέθεσαν,	περιέσεσαν(M: περιέσεισαν),

	AN :	B :
V. 24	: ἄλλοθι,	ἄλοθι (M : ἄλλοθεν),
„ 27	: τούτων,	τούτου (M : τούτων),
„ „	: μὲν add.,	om.,
„ 28	: αὐτὸ τὸ,	τὸ om.,
„ 35	: αὐτῆς,	αὐτοῦ,
„ 41	: ἀπῴμωξεν,	ἁπῴμοξεν,
„ 45	: δ' ἐντιθεμένου,	δὲ τιθεμένου, (M : δ' ἐντιθεμένου),
„ 48	: φεύγω add.	om.,
„ 53	: μὴ add.,	om.,
„ „	: τοῦτο,	τούτῳ (M : τοῦτο),
„ 56	: ἀνεγνώσθη,	ἀνεσῴθη,
„ „	: συνεφέρετο,	συνεπεφέρετο,
„ 59	: ἁλοίης,	ἁλλοίης (M : ἀλλοιεῖς),
„ 61	: ἐπέδειξεν,	ἐπέδειξαν,
„ 62	: δ' εἰ καὶ ὡς,	δὴ καὶ ὃς,
„ 67	: τούτων,	τούτῳ,
„ 88	: ὀρθῶς γιγνώσκεσθαι,	om. (propter ὀρθῶς),
VI. 3	: τοῦ τοιούτου,	τοῦ om.,
„ 5	: τοῦ βίου recte om.,	add.,
„ 13	: Αμηνιανὸν (recte : Ἀμύνιαν ὃν),	Ἀμήανον,
„ 16	: βουλεύσας,	βουλεῦσαι,
„ 23	: τούς τε-βασανίζειν,	om. propt. βασανίζειν,
„ 24	: οὐδεπώποτε,	οὐδὲ οὐδεπώποτε (M : οὐδὲ οὐδέποτε),
„ 42	: ὑμετέρους,	ἡμετέρους,
„ 43	: εἰργασθαι,	ἐργάσασθαι,
„ 46	: ἱκανάγ',	ἱκανὸν,
„ 48	: προαγορεύοντες,	ἀπροαγορεύοντες (corr. M : προαγ.),
„ 49	: ἐδίδαξα,	ἐδίδαξεν,
„ 50	: οὗτοι,	οὗτος (M : οὕτως).

Iam illos locos consideremus, de quibus iudicari non potest :

V. 96 : AN : ἀπωλόμην, M : ἀπολώμην;

nescimus, quid B praebeat. nam Bekker, cum in textum „ἀπωλόμην" reciperet, adnotavit : „ἀπόλλυμαι] ἀπωλόμην, ἀπολώμην Z : ἀπόλωμαι s"; lectiones quidem codicum A et Z recte se habere ex Dobsoni testimonio scimus, quid vero sibi velit „ἀπόλλυμαι" in Bekkeri adnotatione, non assequor. vulgata lectio „ἀπόλωμαι" in Aldina ita exorta est, ut verbum „πάσχων" loco verbi „πάσχω" positum sit : ἐὰν πάσχων . . . . ἀπόλωμαι. quae cum ita sint, verisimile est, in codice B quoque „ἀπωλόμην" inesse.

VI. 19 : AN : τίς τι, M : τίς τοι;

de codice B Bekker nihil adnotavit;

VI. 26 : AN : ἐγὼ ταῦτα, M : ἐγὼ πάντα;

Bekker de codice B nihil adnotavit, sed cum in codice M verbum „πάντα" insit, minime puto, in codice B „ἐγὼ" tantum inesse [1]).

VI. 27 : Bekker adnotat : „ἡ omisit A et B";

sed verbum „ἡ" in codice A inesse Blass testatur [2]) et codex M praebet verbum „ἡ", quare Bekker, cum de codice A erraret, etiam de codice B errasse videtur.

Lectiones hucusque allatas si consideramus, lacunae [3]) maiores in codice B quinque inveniuntur, quae per codices AN explentur, et omnes eodem verbo brevi intervallo repetito exortae sunt : I. 11, propt. „τῷ φόνῳ"; II. β. 10 propter „ἀποκτεῖναι", V. 16 propter „ἅπαξ", V. 88 propter

[1]) cf. pg. 19, 20.

[2]) cf. Rh. Mus. XXVII., pg. 96.

[3]) Codex N lacunas eodem modo exortas praebet : I. 7, II. δ. 11, IV. δ. 5, VI. hyp., VI. 32; N et B fortuito eandem lacunam praebent VI. 17. omnes autem codices lacunas maiores praebent : II. α. 4, VI. 6, 45.

„ὀρθῶς“, VI. 23 propter „βασανίζειν.“ ex singulis autem verbis in codice B omissis inprimis commemoranda sunt : IV. β. 2 : B om. „σιδήρῳ“, quod verbum ex IV. γ. 3 facile ex coniectura addi poterat, quare, si quis hoc loco interpolavit, minime in codice B hoc factum est. V. 48 B om. „φεύγω“ propter verbum „ἐγὼ“. valde etiam depravati sunt : I. 20, II. γ. 6, III. γ. 2, IV. β. hyp., V. 13, 56, *nusquam autem vitia codicis B interpolandi studio exorta sunt.* ac ne quis forte hoc sibi persuadeat II. α. hyp., ubi B praebet : *δύναμιν τέχνην;* nulla enim causa erat, cur quis ex coniectura „δύναμιν“ adderet, immo vero in archetypo infuisse videtur : „δύναμιν τέχνην“, quae verba, cum in *α* verbum „δύναμιν“ recte omitteretur, librarius codicis B punctis neglectis descripsit. Neque III. γ. 2 in codice B interpolatio facta est :

B : *ἀντιδοὺς ἤλεγξας,* AN : *ἀντιδοὺς ἢ λέξας,*

ubi Reiske emendavit : „ἀντὶ δυοῖν λέξας“ ; nam hoc loco si librarius codicis B interpolasset, „ἐλέγξας“ scribere debuit, id quod Linder recte se habere censuit[1]). reliquum est, ut dicam de VI. 5, ubi in codice B verba „τοῦ βίου“ addita sunt post verbum „ἀνθρώποις“; hoc autem factum est, cum oculi ad verba antecedentia „τοῖς ἀνθρώποις τοῦ βίου“ aberrarent, nisi forte verba „ὅπερ μέγιστόν ἐστιν ἀνθρώποις τοῦ βίου ἀγαθὸν“, quibus nihil novi additur, glossematis loco habenda sunt, utpote quae in archetypi margine adscripta, omissis verbis „τοῦ βίου“ in *α*, integra in B irrepserint. semel tantum VI. 26 librarius codicis B verbum „πάντα“ vel „ταῦτα“ ex coniectura omisisse videtur, at videtur tamen, nam de hoc loco iudicari non posse supra[2]) vidimus.

---

[1]) cf. Rh. Mus. XVII., pg. 93.

[2]) cf. pg. 19, 20, 37.

Iam de 13 locis dicendum est, ubi lectiones codicis B praeferendae esse mihi videntur:

I. 6 : AN : ὅτι γε, B γε recte omisit, id quod ex verbo „γε" quod antecedit in codice α exortum esse videtur.

II. β. 5: AN : τὸ γάρ, B : τὸ μὲν γάρ;

Blass [1]) scripsit : „γὰρ omisit NA", sed cum in codice N verbum „μὲν" deesse Maetzner testatus sit, credo Blassium scribere voluisse : „μὲν omisit NA";

II. γ. 5 : AN : ἂν et ὁ om., B : serv.,

III. β. 8 : „ : προδραμεῖν, „ : προσδραμεῖν,

Blass recte coniecisse mihi videtur, „προδιαδραμεῖν" fuisse, quare plus in codice B servatum est.

III. γ. 6 : AN : „μᾶλλον δὲ ἑκὼν ἢ οὔτε ἔβαλλε οὔτε ἀπέκτεινε." haec verba, quae in A pr. N inveniuntur, cum A^1 verbum „ἢ" deleret, in codice B recte omissa esse videntur. hoc enim loco aliquid interpolatum esse cum Blass ipse concessisset [2]), postea [3]) haec verba frustra defendere studuit, nam quis intellegit, quid sibi velit : „absichtlich hat er ihn nicht getödtet, aber doch mehr absichtlich, als er ihn überhaupt weder getroffen noch getödtet hat." quare puto, haec verba ad marginem archetypi (x) sine verbo „ἢ" explicandi causa adscripta in codice B quidem recte omissa, per librarium autem codicis α in textum recepta esse, qui propter verbum „μᾶλλον" verbum „ἢ" neglegenter adderet [4]), tum punctis notaret, quorum causa A^1 ex α hoc verbum delevit. si cui haec explicatio artificiosior esse videtur, quam ut ea probetur, nihilominus Blass minus recte

---

[1]) Rh. Mus. XXVII., pg. 93.

[2]) cf. Blassii editionem l. l.

[3]) Rh. Mus. XXVII., pg. 93, 101; Philol. Anzeiger IV., pg. 389; cf. Hug pg. 23; Kayser, Rh. M. XII., pg. 231.

[4]) IV. δ. 4 idem factum est.

iudicasse mihi videtur, cum contenderet interpolatorem his verbis omissis convinci. nam licet haec verba sine „ἢ“ recte se habere concedamus : lacuna, quae in codice B exstat, propter verbum „ἀποκτεῖναι“ brevi intervallo repetitum exorta est, neque verbum „ἢ“ ullo modo defendi potest.

V. 66 : A : εὐποροῖτε } B : εὐπορεῖτε[1]) (M : εὐπορῆτε),
N : εὐπορῆτε }

V. 90[2]) : AN : βούλεσθαι, B : βούλεσθε;
hoc loco omnes codices praebere videntur : „ὅτι ἃ δὴ“, nam Bekker adnotans „ὅτι δὴ ABZ“ cum de codice A erraret, de BZ errasse videtur, praesertim cum verbum „ἃ“ etiam in codice M inveniatur[3]). quod Blass scribere vult : „ὅτι ἂν δὴ βούλησθε“, hoc et longius a codicum scriptura recedit et pleonasmi causa offendit, quare cum

ἃ

Sauppio[4]) verbum „ἃ“ ex dittographia (ὅτι) exortum esse statuamus.

V. 91 : A : ἀπολωλέναι, N : ἀπωλωλέναι, B : ἀπολωλεκέναι, unde rectam lectionem esse „ἀπολελυκέναι“ Sauppe docuit[5]), cum coniecturae Kayseri et Weidneri a scriptura codicum nimis recedant. utrum autem cum Sauppio ante „πάνυ τι“ verbum „μὴ“ inseramus, nec ne, ad sensum non multum refert.

VI. 5 : AN : οὔτ' ἂν[6]), B : ἂν recte om.;
„ 13 : „ : εἴωθεν, „ : εἴωθε;
„ 29 : A : παρευχόμην } B : παρειχόμην (M : παρεχόμην),
N : παρεσχόμην }

1) cf. pg. 20.

2) moneo inde ab hoc loco exempla plura inveniri, quia A² non amplius correxit.

3) cf. Dobson pg. 146.

4) quaest. pg. 8.

5) Sauppe, quaest. pg. 11, 12.

6) Rh. M. XXVII., pg. 94.

contrarium accidit II. α. 9, ubi B : παρευχόμεθα;

VI. 44 : AN : ἡμέραι ὁ, B : ἡμέρας ὁ (M verb. ὁ ex coniect. om.);

codex B recte accusativum praebet, neque interpolatione exortum, nam si interpolatio in B facta esset, etiam verbum „ὁ" omissum esset.

VI. 51 : AN : τολμήσαιεν, B : τολμήσειεν.

recte se habere videtur : τολμήσειαν, si comparamus § 49 „ἐξαπατήσειαν-τολμήσειαν", et § 2, ubi omnes codices „ἐπαινέσειεν" praebent praeter N, qui ex coniectura emendavit.

Plures vero et graviores sunt lectiones, quas codex B cum A² praebet contra A pr. N :

Septem quidem locis A² falsam lectionem ex codice B in codicem A recepit, cum A pr. cum N recte se habeat :

II. γ. 5 : A : τὸν (μὲν) κίνδυνον τὸν αὐτὸν (A¹ verbum μὲν addidit)[1]), N : τὸν μὲν κίνδυνον τὸν αὐτόν, BA² : τὸν μὲν κίνδυνον οὐ τὸν αὐτόν;

verbum „οὐ", quia absurde additum est, interpolationi non debetur, e contrario facilius intercidere quam irrepere potuit, quare si quis interpolavit, is hoc in α, non in B fecisse censendus est.

II. γ. 5 : A pr. N : ληφθείς, BA² : λειφθείς (M ληφθείς restituit),

II. δ. hyp. : A pr. N : δὲ om., „ : add.

quoniam duo scholia iam in textum archetypi irrepsisse videntur, quippe quae in omnibus codicibus eodem ordine tradita sint, etiam verbum „δὲ" in archetypo infuisse verisimile est.

III. γ. 3. de hoc loco disserui supra quantum satis erat[2]). et in codice B et in codice N indicia interpolationis inveniri posunt, cum in codice N „ἡγήσασθε" in

---

[1]) cf. Hug pg. 7.

[2]) cf. pg. 31.

„ἡγήσασθαι“, in codice B „πεισθέντας“ in „πεισθέντες“ mutatum esse videatur. lectio autem codicis N praeferenda est.

III. γ. 10 : A pr. N : τοῦδε τοῦ ἀκουσίως, BA² : τοῦδε τῷ ἀκουσίως,

hic locus nondum emendatus est, nam Sauppii coniecturam „οὐδὲ τοῦ ἀκ.“ a Blassio illam quidem in textum receptam quominus probemus, sensus obstat. nam cum pater occisi verba sequentia : ἀλλ' ἀμφότερα ταῦτα cett. dicere non possit, nisi condicio quaedam antecessit, quae verbis corruptis continebatur, et cum omnino pater contendat, filium suum insontem esse, talia fere desiderantur : „sed licet meum quoque filium in culpa esse concedam, istum culpa non absolvam, sed utrique hanc culpam communem esse demonstrabo.“ III. β. 9 autem pater rei dixerat : „ὑπὸ δὲ τῆς αὐτοῦ τοῦ τεθνεῶτος ἁμαρτίας ὅδε ἀπολύεται, μηδὲ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι αὐτόν“ cett., quare nostro loco ad sensum proxime accedere puto aut : „ὡς δὲ οὐδὲ ὑπὸ τῆς τοῦδε ἁμαρτίας τοῦ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι, ἐξ ὧν αὐτοὶ λέγουσιν, ἀπολύεται, ἀλλὰ κοινὰ ἀμφότερα ταῦτα ἀμφοῖν αὐτοῖν ἐστι, δηλώσω“, ita ut verbum „ὑπὸ“ inserendum, verbum „τοῦδε“ ante „ἁμαρτίας“ transponendum sit, nam hoc verbum, si suprascriptum erat, facile in falsam sedem venire potuit, aut : „ὡς δὲ οὐδὲ τῆς ἁμαρτίας τοῦδε (i. e. filii mei) οὔσης, τοῦ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι cett. . . . . ἀπολύεται cett. : „eum ne tum quidem, si filius meus culpa tenetur, crimine caedis non voluntariae, unde illi dicunt, absolvi, sed“ cett.; cf. III. β. 6, 8, δ. 5 ubi verbum „ἁμαρτία“ simili ratione cum genetivo coniungitur. atque ne quis offendat in verbo „τοῦδε“ per patrem usurpato de filio, cf. § 9, ubi pater : „ἐγὼ δὲ τοῦδε (i. e. quam filius meus) μᾶλλον ἀναμαρτητὸς ὤν.“

IV. δ. 2 : A pr. N : τῶν νεῶν, BA² : τὸν νέον,
„ „ 9 : „ „ „ : δίκαιός ἐστι, „ : δίκαιόν ἐστι,

lectio codicum A pr. N praeferenda est, quia haec structura apud Antiphontem saepius invenitur. (verbum. τις subiectum est.)

Addo tres locos, ubi et codicum A pr. N et BA² lectiones falsae sunt:

IV. δ. 6 : A pr. N : κρεῖσσον ὢν, BA³ : κρείσσων ὢν[1]),

„κρεισσόνως" recte se habet; corruptio in codice B facile nasci poterat, cum verbum „ὑποδεέστερος" sequeretur, id quod in omnibus codicibus ita traditum est; quamquam concedo librarium codicis B hoc loco aliquid interpolare potuisse.

V. 10[2]) : x = α : ἀνταποθανεῖν (β) τοῦ νόμου κειμένου (α) τὸν ἀποκτείναντα;

quae verba cum in codice N siglis neglectis describerentur, in A sigla sive in scribendo sive in legendo addita sunt ex codice α. sed librarius codicis B sigla falso interpretatus, cum per α comprehendi putaret verba „τοῦ νόμου κειμένου τὸν ἀποκτείναντα", scripsit: „τοῖ νόμου κειμένου, τὸν ἀποκτείναντα ἀποθανεῖν", et A² lectionem codicis A¹ ita secundum B correxit, ut signum γ sub verba „τοῦ ἀποκτείναντος" poneret, quo significaretur, haec verba tertio loco ponenda esse. haec Hug optime exposuit. ex quo intellegitur, ut codicis B librarium interpolandi studio non mutasse dicamus. lectio autem codicis A¹ unice vera est[3]).

---

¹) Hug pg. 23.

²) Hug pg. 8, 11, 17.

³) Hoc exemplum addendum est Hugii classi secundae: A¹ contra omnes codices (cf. Hug pg. 14), cuius Hug quattuor tantum exempla se invenisse dicit, nam V. 59, eodem modo, quo VI. 30, lectionem codicis B cum lectione codicis A¹ consentire, ex Bekkeri silentio concludi potest. neque II. β. 9 quadrare antea vidimus (pg. 32, adnot. 4),

V. 17 : A pr. : *ὠφελῆσαι τοῦ κόσμου*, N : *ὠφελῆσαι τοῦδε κόσμου*, B : *ὠφελῆσθαι* (?) *τοῦδε τοῦ νόμου*, A[2]M : *ὠφελεῖσθαι τοῦδε τοῦ νόμου;* hoc loco quid codex B praebeat nescimus[1]), neque lectio correctoris A[2] certa est, nam A[2] secundum Bekkerum et Dobsonum praebet : „*ὠφελῆσθαι*", secundum Blassium[2]) et Hugium[3]) : „*ὠφελεῖσθαι*"; Bekker, cum de codice A falsum adnotaverit, etiam de codicis B lectione errasse videtur, praesertim cum hoc uno loco A[2] cum *γ* consentire contra B non sit verisimile, quare in B quoque inesse mihi videtur : „*ὠφελεῖσθαι*". duae autem lectiones et codicum A pr. N et BA[2] corruptae sunt. verba enim „*τοῦδε τοῦ νόμου*" falsa esse patet, quia lex ipsa huius enuntiati subiectum est neque huius rei causa addi poterat : „*μὴ ὠφελεῖσθαι τοῦδε τοῦ νόμου.*" quam corruptelam sanaturus Blass ex lectione codicum A pr. N patere dicit „*δέσμου*" fuisse loco verbi „*κόσμου*" et coniicit : „*ἀφελέσθαι τοῦ δέσμου*", minus recte, etsi verbum „*ἀφελέσθαι*", si recte se haberet, propius ad lectionem codicis B accederet, quam ad A pr. N, nam ex verbo „*ἐπέλειπε*" omnino nullus infinitivus pendere potest; fortasse erat :

„*μὴ ὠφελεῖσθαι δυναμένῳ*",

„sodass auch dies allen gemeinsame Gesetz bei mir allein

---

quia ex Maetzneri silentio patet, codicem N praebere: *εἰ μὴ παρεφρόνουν*. restant igitur tria exempla Hugii, quibus tria addo :

IV. *γ*. 6 : A[1] : *οὕτως*, cett. *οὗτος;* V. 10 (locus, quem tractavimus); V. 18 : A[1] : *τούτοις*, cett. *τοῖς*; V. 28 : A[2] : *ὁμολογοῦσιν*, cett. *ὁμολογῶσιν* (ω superscr.), VI. 15 : A : *ἀγάγειν*, ergo A[1] : *ἀγάγω;* N : *ἀγάγω ἤ*, B : *ἀγαγὼν;* VI. 49 : A pr. : *ἐγραμμάτευον*, A[1] : *ἐπεγραμμάτευον*, cett. *ἐπεγραμμάτευον*.

[1]) cf. pg. 25.

[2]) Rh. Mus. XXVII., pg. 94.

[3]) Hug pg. 8.

ungültig war, indem ich keinen Nutzen daraus ziehen konnte.“ cf. § insequentem : „πρῶτον μὲν ἀπαρασκευότατον γενέσθαι μὴ δυνάμενον διαπράσσεσθαι αὐτὸν τἀμαυτοῦ πράγματα, ἔπειτα cett.“

Proximum est, ut 44 locos afferam, quibus codices BA² rectum praebent contra A pr. N :

I. 3 : A pr. : ἀπειλειμμένῳ, N : ἀπειλημμένῳ, BA² : ἀπολελειμμένῳ,

in *α* neglegentius descriptum, in codice N aliquid correctum est [1]).

I. 17 : A pr. : τῆς Κλυταιμνήστρας ταῖς, N : τῆς Κλυταιμνήστρας ταῖς, BA² : ταῖς Κλυταιμνήστρας τῆς;

A pr. praebet lectionem codicis *α*, cuius librarius verba „ταῖς“ et „τῆς“ inter scribendum permutavit, cum N corrigeret [2]); Blass autem verbo „ταῖς“ post verbum „μητρὸς“ inserto scripsit : „τῆς Κλυταιμνήστρας τῆς τούτου μητρὸς ταῖς ὑποθήκαις“, id quod et a scriptura codicum nimis recedit neque grammaticae rationis causa recte se habere videtur.

I. 29 : A pr. : γινώσκοσι, N : γινώσκουσι, BA² : γινώσκωσι;

in codice N ex coniectura indicativus positus est [3]).

II. γ. 6 : A pr. : τόδε, N : τότε } BA² : τόνδε;

verbum τόνδε facile in τόδε corrumpi poterat, cum N interpolaret [4]).

II. δ. 1 : A pr. N : ἧτε ἀτυχία, BA² : τῇτε ἀτυχίᾳ;

---

[1]) cf. Saupp. quaest. pg. 9; Hug pg. 20; Blass, Philolog. Anzeig. vol. IV., pg. 389.

[2]) cf. Saupp. quaest. pg. 6; Hug pg. 19.

[3]) S. quaest. pg. 6; Hug pg. 19.

[4]) S. quaest. pg. 7; Hug pg. 20.

Blass[1]) recte intellexit, priora hypothesis enuntiata esse scholia, quorum prius ad lectionem codicum A pr. N (vel codicis α), ad verba: ἥ τε ἀτυχία", alterum ad rectam lectionem codicum B A²: „τῇ τε ἀτυχίᾳ" adsriptum erat. quae scholia, quia in omnibus codicibus tradita sunt, etiam in archetypo (x) infuerunt; sequitur, ut lectiones, ad quas haec scholia adscripta fuerant, in archetypo fuisse credamus. quare librarius codicis B interpolare non potuit; archetypus

τῇ τε ἀτυχίᾳ

praebuisse videtur ἥ τε ἀτυχία, et cum scholia ipsa iam in textum archetypi irrepsisse videantur, quoniam eodem ordine et in B et in α servata sunt, etiam verbum „δὲ" hypothesis iam in archetypo additum esse videtur.

II. δ. 5: A pr.: ἀφίωντο / A^1N: ἀφίοντο } BA^2: ἀφίοιντο,

Hug[2]) hoc tertiae classis exemplum esse censuit. codicem α autem, littera ι omissa, ἀφίοντο praebuisse, ex communi codicum A^1N lectione elucet.

III. γ. 6: A pr. N: ἑκουσίως δὲ οὐχ ἧσσον ἢ ἀκουσίως,
BA^2: ἀκουσίως δὲ οὐχ ἧσσον ἢ ἑκουσίως,

infra:

A pr. N: ἀποκτείναντος, BA^2: ἀπέκτεινε,
„ „ „: δ' ἀρνουμένου, „: δ' ἀρνούμενος (LM: διαρνούμενος).

Blass[3]) ex codicis α lectione, cum verba: „μᾶλλον δὲ ἑκὼν ἢ οὔτε ἔβαλεν οὔτε ἀπέκτεινεν" servaret, hac ratione hunc locum edidit:

„ἀλλ' ἄθλιον καὶ πικρὸν σκοπὸν ἐμοὶ ἀκοντίσας, ἑκὼν μὲν οὐκ ἀπέκτεινε, μᾶλλον δὲ ἑκὼν ἢ οὔτε ἔβαλεν οὔτε

---

[1]) cf. de hoc loco Rh. M. XXVII., pg. 100.

[2]) Hug pg. 14; cf. pg. 32, adnot. 4.

[3]) cf. pg. 39—40; Rh. M. XXVII., pg. 93, 101; Hug pg. 23; Blass, Philol. Anz. pg. 389.

ἀπέκτεινεν. Ἑκουσίως δὲ οὐχ ἧσσον ἢ ἀκουσίως ἀποκτείναντές μου τὸν παῖδα, τὸ παράπαν δ' ἀρνούμενοι μὴ ἀποκτεῖναι αὐτὸν οὐδ' ὑπὸ τοῦ νόμου καταλαμβάνεσθαί φασιν" cett. contra quam sententiam Hug recte dixit, si lectio classis β hoc loco interpolationi deberetur, hunc interpolatorem multo melius, quam Blassium, rem suam instituisse; neque scio, qua ratione verba „ἑκουσίως δὲ οὐχ ἧσσον ἢ ἀκουσίως" explicari possint, postquam antea dictum est : ἑκὼν μὲν οὐκ ἀπέκτεινε. immo vero verba „ἑκουσίως" et „ἀκουσίως" eodem modo in codice α confusa sunt, quo § 7. ac non minus offendimus in numero plurali, cum antea singularis locum habeat, praeterea verbum „φησίν" in omnibus codicibus traditum Blassio in „φασίν" mutandum est. de verbis interpolatis supra disputatum est; et genetivi „ἀποκτείναντος" et „ἀρνουμένου" in codice α ita exoriri poterant, ut oculi librarii ad verbum „μου" aberrarent.

III. γ. 7 : A pr. N : ὅτε δὲ φθαρείς, BA² : ὅ τε διαφθαρείς;

simili ratione III. δ. 9 verbum „δὲ" vitio factum est ex verbo „διὰ", quod erat in codice α [1]).

III. γ. 7 : A pr. N : ἑκουσίως ἢ ἀκουσίως [2]), BA² : ἀκουσίως ἢ ἑκουσίως; codices classis γ verba „ἢ ἑκουσίως" omiserunt.

III. γ. 8 : A : μηδε . . } BA² : μηδεμίας.
N : μηδὲ δι' }

Blass [3]) ex corrupta codicis α lectione „μηδὲ δι'" concludit, lacunam in archetypo omnium communi exstitisse, quae in codicibus classis β male expleta sit. sed primum lectio codicis B bonum sensum praebet neque sensus causa eam reiicere cogimur, tum inde, quod in codice N, ergo in α, verbum „δι" duobus punctis notatum erat, cognoscimus,

---

[1]) cf. infra pg. 49.

[2]) cf. § 6.

[3]) Rh. M. XXVII., pg. 101; Hug pg. 23.

lacunam, si qua erat, post verbum „δι'“ fuisse, quare Blassii coniectura : „ὑπὸ τοῦ δρῶντος αὐτοῦ μηδὲ δι' ἐπιμελείας“ mihi non probatur, porro lectio codicis B magis eo commendatur, quod in eadem paragrapho idem codex bonam lectionem servavit, ubi interpolatio fieri non potuit. quare in α corruptelam exortam esse puto, ita ut librarius codicis N verbum „δι“ punctis notaret.

III. γ. 8 : N : ἡ δὲ ἀλήθεια, A pr. idem praebuisse videtur, nam post verbum „δὲ“ tres litterae erasae sunt, atque loco verbi „εἰ“ manu secunda correcti aliud quid exstitit. BA² : εἰ δὲ θεία; codicem α hoc loco foedissime interpolatum esse constat [1]), sed librarium codicis B coniectura rectum invenisse, nemo contendet. quare Blassii sententia refellenda est, qui verbum „δὴ“ ex lectione codicis α inserere vult („εἰ δὲ δὴ θεία“), id quod etiam per se fieri non posse Hug ostendit.

III. δ. 4 : A pr. N : καλόυμενον, BA² : καλούμενος,
„ „ 5 : „ „ „ : ἁμαρτήμασι, „ : ἀτυχήμασι,

Spengel [2]), antequam lectio codicis N cum hominibus doctis communicata est, ex A codicis correcta lectione collegit, A pr. praebuisse : „ἁμαρτήμασι“ atque his verbis defendere studuit : „Dann wäre der Comparativ „περισσοτέροις“ deutlicher.“ Sed quid sibi vult : „παρὰ τὴν ἁμαρτίαν ἁμαρτήμασι περιπίπτειν?“

III. δ. 9 : A pr. N verbum „οὖν“ omiserunt, BA² loco quamvis inepto servaverunt, unde apparet, librarium codicis B ex coniectura hoc verbum non addidisse. archetypus x cum praebuisse videatur : οὐκ ἐὰν (οὖν supra), in α verbum „οὖν“ omissum, in B post „ἐὰν“ servatum est, et Sauppe [3]) verum ordinem restituit.

---

[1]) Hug pg. 23; cf. Rh. M. XXVII., pg. 93.
[2]) cf. Rh. M. XVII., pg. 275.
[3]) Saupp. quaest. pg. 15.

III. δ. 9 : A pr. N : ὃς δὲ ἐὰν φθαρῇ, BA² : ὃς ἐὰν διαφθαρῇ,

Blass, cum antea[1]) testatus esset, in A pr. infuisse : „ὅσα ἐὰν φθαρῇ", ipse Siggii[2]) collationem praeferendam esse censuit[3]). verbum „διαφθαρῇ" recte se habere constat, in verbo autem „ὃς", quod omnes editores eiecerunt, sane offendendum est. quo ex loco Blass minus recte statuit comprobari posse, codices classis β interpolatos esse, cum praeberent: „ὁ δὲ καθαρὸς τῆς αἰτίας, ἐὰν διαφθαρῇ", nam verbum „ὃς" in omnibus codicibus traditum est. Neque magis Blassii coniecturam probo, qui secundum codicum A pr. N lectionem proposuit: „ὁ δὲ καθαρὸς τῆς αἰτίας ὅδε ἐὰν διαφθαρῇ, τοῖς cett.", quia verbum „δὲ" post verbum „ὃς" in codicibus A pr. N traditum ex verbo „δια" vitio confectum esse patet[4]). putarem equidem ab origine „αἰτιάσεως" fuisse loco verborum „αἰτίας ὃς", quod verbum ter[5]) apud Antiphontem invenitur, nisi sensu magis „culpae" quam „criminationis" significatio desideraretur. verisimilius autem est, verbum „ὃς" propter verbum „καθαρὸς" antecedens ex verbo „ὢν" corruptum esse, quod verbum si restituimus, optime inter se respondent membra : ὁ μὲν γὰρ αὐτὸς — — φέρων et ὁ δὲ καθαρὸς τῆς αἰτίας ὢν.

III. δ. 10 : A pr. N : ἀπολέσθαι, BA² recte omiserunt[6]), quare in codice α interpolatio statuenda est.

IV. β 3 : A pr. N : δεύτερον, BA² : καὶ δεύτερον,
„ δ. 3 : „ „ „ : ὑπὸ, „ : ὑπὲρ,
„ „ 9 : „ „ „ : οὐ τοῦ[7]), „ : οὕτως,

1) Rh. M. XXVII., pg. 95.
2) Hug pg. 5.
3) Philol. Anz. IV. pg. 389.
4) cf. III. γ. 7, ubi idem factum est.
5) cf. V. 25, 89, VI. 6.
6) Hug pg. 23.
7) Rh. M. XXVII., pg. 94.

IV. δ. 11 : A pr. N : ἡγεῖσθαι, BA[2] : ἡγεῖσθε, corruptio in α exorta est propter insequens verbum „εἶναι".

V. 3 : A pr. N : δυναμένων om., BA[2] serv.;

„ 10 : A pr. : ἔλασσον ἂν ἔνειμαν ἄν, N : ἔλασσον ἔνειμαν ἂν[1]), BA[2] : ἔλασσον ἔνειμαν,

Hug[2]) mihi persuasit, lectionibus, quae ab A pr. praebentur, non multum esse tribuendum, quare prius „ἂν" errore in codice A pr. additum esse mihi videtur. alterum autem „ἂν" post verbum „ἔνειμαν" facillime in codice α irrepere potuit, neque verisimile est, quod Blass coniecit : ἐλάσσονα ἔνειμαν αὐτῷ.

V. 17 : A pr. N : ἐπέλειπε, BA[2] : ἐπέλιπε,

„ 23 : „ „ „ : φησί[3]), „ : φασί,

„ 28 : „ „ : νῦν δὲ μὲν ᾧ, N : νῦν δ' ἐν μὲν ᾧ, BA[2] : νῦν δὲ ἐν ᾧ μὲν;

Blass, quamquam infra omnes codices praebent : „ἐν ᾧ δὲ", codicis N lectioni indulsit atque in textum recepit : νῦν δ' ἐν μὲν ᾧ;

V. 32 : A pr. N : ὁτὰν, BA[2] : ὅτ' ἄν, id quod propius ad veram lectionem „ὅτι ἂν" accedit.

V. 37 : A pr. N : τὸ ψεύδεσθαι, BA[2] : τῷ ψεύδεσθαι;

„ „ : „ „ „ : διὰ τοῦτο, „ : διὰ τούτου;

Maetzner lectionem codicis α in textum recepit, quae si in archetypo fuisset, nulla causa erat cur ex coniectura mutaretur; Blass recte lectionem „διὰ τούτου" praetulit.

V. 39 : A pr. N : ἐξάγει[4]), BA[2] : ἐξάγοι (M : ἐξάγει), sive „ἐξάγοι" sive „ἐξαγάγοι" recte se habet.

---

[1]) Rh. M. XXVII., pg. 96,102.

[2]) cf. Philol. Anzeig. pg. 126; Hug pg. 12, 13; inde quod A pr. 300 fere locis per A[1], centies per A[2] correctus est, perpaucis tantum locis veras ipse lectiones habet, perspicuum est rasuras codicis A pr. magni momenti non esse, quia hic codex neglegentissime descriptus est. quare immerito verbi gratia Blass I. 29 A: οὐδὲν . . verbum πω inserere vult.

[3]) Rh. M. XXVII., pg. 94.

[4]) Rh. M. XXVII., pg. 94; cf. supra pg. 24.

V. 46 : A pr. N δεῖ om., BA^2 serv.

A pr. hoc loco praebet: „ἐνθυμεῖσθαι", quod A^1 in „ἐνθυμεῖσθε" mutavit; A^2 „ἐνθυμεῖσθαι" restituit, cum verbum „δεῖ" adderet, N autem praebet : „ἐνθυμεῖσθε", ergo α :

ε
„ἐνθυμεῖσθαι.

V. 46 : A pr. N : ἐξελεῖται, BA^2 : ἐξέληται;

V. 51 : A pr. : ἑκατέρῳ ἴσον εἰ(τ) τοῦτο μέντοι[1]), N : ἑκατέρῳ ἴσον εἰ τοῦτον μέντοι, BA^2 : ἑκατέρῳ ἴση ἐστὶ τούτοις μὲν τὸ;

Blass ex auctoritate lectionum A pr. N valde corruptarum scribendum esse censuit : „ἑκατέροις ἂν εἴη, τούτοις μὲν τὸ cett.", quam coniecturam spreverim, quia verbum „ἴση" deesse non debet neque quae in codicibus BA^2 exstant coniectura inveniri poterant. reus enim duabus rationibus comprobare studuit, se paribus suffragiis absolvi, semel, quod per servum prius accusatus, postea innocens appellatus esset, tum, quod per liberum absolutus, per servum accusatus esset.

V. 52 : A pr. N : εἴ τ'ἐμοί, BA^2 : εἴ τι ἐμοί,
„ „ : „ „ „ : ἀπάγων, „ : ἀπάγειν,
„ 54 : A pr. : τοῦ / N : τούτου } BA^2 : τοῦτο,
„ 54 : A pr. N : τοῖ μὴ, BA^2 : τῷ μὴ [2]),
„ 61 : „ „ „ : ἐπὶ τοῦτον, „ : ἐπὶ τοῦτο,

verba „ἐπὶ τοῦτον" se recte non habere docemur verbo quod sequitur „ἐκεῖνον"; num est verisimile, huius rei causa librarium codicis B interpolasse?

V. 63 : A pr. N : αὐτὸ τοῦτο ἐναντίον, BA^2 : αὐτὸ τὸ ἐναντίον,

¹) Saupp. quaest. pg. 7; Rh. M. XXVII., pg. 102; Hug pg. 6, 23.
²) Saupp. quaest. pg. 14; Hug pg. 5.

Sauppe[1]) coniecit Antiphontem „τοὐναντίον“ scripsisse.

V. 69 : A pr. N : ἀποθανόντος, BA^2 : ἀπέθανον, (simili ratione III. γ. 6 : A pr. N : ἀποκτείναντος, BA^2 : ἀπέκτεινε);

V. 69 : A pr N : αὐτοῦ, { B : ἑαυτοῦ, / A^2 : αὑτοῦ,

„ 75 : „ „ „ : καὶ κινδυνεύσεται, BA^2 : κεκινδυνεύσεσαι.

Restant sex loci, quibus B cum A corr. consentit contra A pr. N, ita ut nesciamus, utra manu mutatio facta sit. quibus cum omnibus, praeter I. hyp., lectio codicis A pr. erasa sit, vix unquam discerni posse videtur, utrum A^1 an A^2 correxerit :

I. hyp. : A pr. : πώματι, } A corr. B : ἐκπώματι,
N : πόματι, } (M : ἐκπόματι),

utraque lectio probari posse videtur, nam venenum et „in potione“ et „in poculo“ dari poterat, quare si A^2 correxit, nulla causa erat, cur ex coniectura in codice B verbum „ἐκ“ adderetur. archetypus praebuisse videtur : „ἐνπώματι“ (ἐκ supra ἐν), et pro lectione „ἐκπώματι“ afferri potest, quod § 23 dictum est: „μεταχειριζόμενοι τὸν ἑαυτῶν φονέα“ i. e. „ἔκπωμα“ poculum.

I. 9 : A pr. N : ταύτην τε, A corr. B : ταύτην; lectio codicum A pr. N praeferenda esse videtur, quia verbum „τε“ facilius intercidere quam irrepere poterat, etiamsi in eo, quod subiectum denuo mutandum est, aliqua offensio inest.

IV. β. 2 : A pr. N : πότερα ἂν, A corr. B ἂν recte omiserunt,

IV. δ. 4 : A pr. N : ἢ add., A corr. B recte om., verbum „ἢ“ propter verbum „μᾶλλον“ antecedens negle-

[1]) Saupp. quaest. pg. 5.

genter in codice *α* additum est, cf. III. *γ*. 6 [1]), ubi idem factum esse mihi videtur.

V. 16 : A pr. N : *ὑπελεῖπον*, A corr. B : *ὑπελίπον*, lectionem „*ὑπελίπον*" rectum esse docemur verbo „*ἐποίησα* [2]).

V. 39 : A pr. *συνενθεὶς* / N : *συνελὼν καὶ ἐνθεὶς* } A corr. B : *ἐνθεὶς*;

Sauppe [3]) cum ex Dobsoni [4]) testimonio colligeret, in codice A post „*ἐνθεὶς*" tres litteras erasas esse, coniecit : „*συνενθείς μοι*", librarius codicis N interpolavit ex § 42, ubi idem verbum „*συνελεῖν*" loco verbi „*συνανελεῖν*" in codice N scriptum exstat, cum ab origine interpolator scripsisset : „*συνανελὼν καὶ ἐνθεὶς*", is autem, qui codicem descripsit, litteras „*α*" „*ν*" omitteret. in codice A ante verbum „*ἐνθεὶς*" tres litterae erasae sunt [5]), erat igitur in A pr. „*συνενθεὶς*", quod Schoell [6]) recte defendit. archetypus autem praebuisse videtur : „$\overset{\sigma\upsilon\nu}{\text{ἐνθεὶς}}$."

Reliquum est, ut nonnulla exempla addam, ubi B et A lectionem archetypi servaverunt, N et *γ* coniectura, alius aliud, interpolaverunt :

I. 15 : AB : *ἐθελήσει*, N : *ἐθελήσοι*, *γ* : *ἐθέλοι*, N et *γ* interpolaverunt [7]), quia verba „*ἠρώτα εἰ*" cett. praecedunt, recte autem se habet : „*ἐθέλει*";

II. *α*. 1 : AB : *εἰσὶ, πράττωσι*, N : *εἰσι, πράττουσι*, *γ* : *εἰσπράττωσι*,

---

[1]) cf. pg. 39—40.

[2]) hoc exemplum Hugio aut pg. 9, ubi omnes correcturas manus secundae affert, aut pg. 14 in quarta eius classi, proferendum erat.

[3]) quaest. pg. 14—15.

[4]) Dobson pg. 145.

[5]) cf. Blass edit. praef. pg. III.

[6]) cf. Schoell pg. 303.

[7]) Saupp. quaest. pg. 9; Hug pg. 19.

N codicis librarius, cum non intellegeret, „πράττωσι“ iniuria in indicativum, γ in „εἰσπράττωσι“ mutavit[1]).

Quamobrem ubicunque AB consentiunt contra Nγ, codices A et B lectionem archetypi nobis repraesentant, cum N et γ fortuito aut in idem vitium inciderent aut idem coniectura invenirent. hoc factum esse videtur *decem* locis, in quibus, uno excepto, nescimus, utrum L a parte codicis B an codicis M stet.

Duobus locis sedes verborum fluctuat :

V. 26 : AB : ἐνέβαλον αὐτῷ, NM : αὐτῷ ἐνέβαλον,

VI. 43 : AB : μεῖζον τούτου, NM : τούτου μεῖζον.

Duobus porro locis codices AB recte se habent :

V. 23 : AB : μετεξέβημεν, NM[2]) : μετέβημεν,

" " : " : ἐκ add., " : om.

N et M forte in idem vitium inciderunt.

Sex autem locis lectiones codicum AB falsae sunt, cum N et M (II. α. 10 N et γ) coniectura emendarent :

II. α. 10 : AB : ἐξελέγχωνται, Nγ : ἐξελέγχονται,

IV. β. 7 : " : μου, NM : με (pr. M : μου),

V. 94 : " : Γαρθηλίων, " : Θαργηλίων,

VI. 46 : " : ἐξ ὧν, " : ἐξὸν,

VI. 49 : " : πράμματι, " : πράγματι.

Omnia exempla quae attuli si perlustramus, duos tantum locos invenimus, quibus interpolationem in codice B factam esse argumentis satis firmis conprobari potest :

III. γ. 3[3]), ubi et in codice N et in codice B aliquid interpolatum esse verisimile est et IV. δ. 6[4]), ubi librarius codicis B facile interpolare potuit propter verbum „ὑποδεέστερος“. de quattuor autem locis ambigi potest :

---

[1]) Hug pg. 20; cf. etiam V. 96 : AB : ἔσται, N : ἐστὶ, γ ἔσται omisit (N erravit propter ἔτι), VI. 26 : AB : σε, N : γε, γ : om.

[2]) similiter V. 22 confunduntur : μετάβασις et μετέκβασις.

[3]) cf. pg. 31—32, 41—42.

[4]) pg. 43.

III. γ. 2 [1]) : ἤλεγξας, quod Hug [2]) interpolatione inventum esse putat. at vix credo, librarium codicis B ex coniectura talem formam dedisse, quae nullum sensum praebet.

III. γ. 8 [3]) : μηδεμίας. minime est verisimile, hoc loco lacunam coniectura esse expletam, praesertim cum in eadem paragrapho verba „ἡ δε θεία", quae in codice B exstant, coniectura inveniri non potuerint.

VI. 9 [4]) : τούτου ἰδία in codice B non inesse mihi persuasum est, eo magis, quod codex M „τουτουὶ δὴ" praebet.

VI. 26 [5]) : verbum „πάντα" in codice B quoque inesse videtur, omnino de hoc loco iudicari non posse diximus, quia Bekker de codice B nihil adnotavit.

Contra ne codicem α quidem suspicione interpolandi liberum esse vidimus :

III. γ. 6 [6]) : verba „μᾶλλον δὲ-ἀπέκτεινεν" interpolata esse videntur.

III. γ. 8 [7]) : verba „ἡ δὲ ἀλήθεια" interpolationi deberi constat.

III. δ. 10 [8]): verbum „ἀπολέσθαι" in codice α traditum foedissime interpolatum est.

IV. β. 2 [9]) : verbum „σιδήρῳ" ex coniectura facile in α addi potuit.

---

[1]) pg. 38.
[2]) Hug pg. 22.
[3]) pg. 47—48.
[4]) pg. 20—21.
[5]) pg. 20, 37.
[6]) pg. 39—40.
[7]) pg. 48.
[8]) pg. 49.
[9]) pg. 38.

Quoniam igitur codex α quoque compluribus locis interpolatus esse convincitur, minime codex B propter paucos locos, quos supra attuli, codex varie interpolationibus depravatus appellari potest. profecto concedendum est multis locis, ubi BA² contra A pr. N veras lectiones praebent, codicis B librarium ex coniectura eas facile restituere potuisse. sed comparemus eos locos, qui codicibus B et A¹ contra A pr. N communes sunt, quibus Blass ipse censuit duplicem archetypi recensionem statuendam esse. veluti IV. α. 2 : „ἀξιωθεὶς“ loco verbi „ἀξιωθέντος“, VI. 22 : „ἕτοιμοι εἶεν“ interpolata esse videntur. hoc autem statui non potest, nisi Blass sibi persuaserit, etiam A¹ ex coniectura codicem suum correxisse atque casu quodam A¹ èt B coniectura idem invenisse. comparemus porro eas lectiones, quas codex B falsas praebet contra AN, quibus saepe, una tantum littera mutata, lectio primigenia facillime restitui poterat. comparemus denique eos locos, quibus BA² soli lectionem unice veram servaverunt, ita ut eam coniectura invenire non potuerint. sequitur, ut iure contendi non possit, pretium classis β fere nullum esse, cuius in codicibus saepissime interpolationes factae sint. supra[1]) demonstravimus, codices AN sive A pr. N rectam vel meliorem lectionem nobis servasse 80 fere, codicem B sive solum sive cum A² 57 fere locis; cui iam persuasum erit, hunc codicem B nullius pretii esse? quae cum ita sint, normae per Hugium[2]) ad artem criticam in Antiphontis orationibus exercendam propositae recte se habent, nisi quod codicum classis γ, quia ex codice B fluxerint, omnino nulla ratio habenda erit. has autem normas nova collatione codicis B magis firmatum atque pretium huius codicis auctum iri mihi persuasum est.

---

[1]) pg. 34.

[2]) Hug pg. 25.

III.

Ab initio mihi proposueram, omnes locos, quibus aliquid commemoratione digni addi posse mihi visum esset, in prioribus commentationis meae partibus, ubi occasio data esset, tractare. Quod cum fieri non posset, praesertim sicubi omnes codices corrupti aut interpolati esse mihi videbantur, iam sub finem commentationis tales locos emendare studebo erroresve, qui in novissimas editiones irrepserunt, tollere conabor :

I. 10 : *βασανιστὰς δὲ αὐτοὺς τούτους ἐκέλευον γίγνεσθαι ἐμοῦ παρόντος, ἵνα μὴ ἀναγκαζόμενοι, ἃ ἐγὼ ἐπερωτῷμι, λέγοιεν, ἀλλ' ἐξήρκει μοι, τοῖς ἐν τῷ γραμματείῳ χρῆσθαι καὶ αὐτό μοι τοῦτο τεκμήριον δίκαιον ἔσται, ὅτι ὀρθῶς καὶ δικαίως μετέρχομαι τὸν φονέα τοῦ πατρός. εἰ δὲ ἄπαρνοι γίγνοιντο ἢ λέγοιεν μὴ ὁμολογούμενα, ἡ βάσανος ἀναγκάζει τὰ γεγονότα κατηγορεῖν· αὕτη γὰρ καὶ τοὺς τὰ ψευδῆ παρεσκευασμένους λέγειν τἀληθῆ κατηγορεῖν ποιήσει.*

cum ceteri codices „*ἐπερωτῶ μὴ*" praebeant, verbum „*ἐπερωτῷμι*" in codice N recte correctum est, quod idem Reiske coniecerat. verba autem „*δίκαιον ἔσται*" et „*ἀναγκάζει*", quae in omnibus codicibus tradita sunt, corrupta esse patet. ante verbum „*ἀναγκάζει*", ubi Aldina addidit : „*ἡ δικὴ*", Turicenses emendaverunt, cum „*ἡ βάσανος*" insererent. praeterea locó verbi „*δίκαιον*" Reiske „*ἱκανὸν*" proposuit, cum loco verborum „*δίκαιον ἔσται*" Maetzner[1]) coniiceret : „*δίκαιόν ἐστιν εἶναι*", id quod Blass in textum recepit. contra quam coniecturam Maetzneri Hug[2]) recte monuit, non agi, quid actor de hac re cogita-

---

[1]) cf. edit. pg. 134.

[2]) Philol. Anzeig. IV., pg 123.

verit, quo tempore orationem habuerit, sed quid illo tempore cogitaverit, quo servos torquendos sibi tradi voluerit, quare praesens tempus recte se non habet. quod autem Hug ex optativo „ἀναγκάζοι“, quem Stephanus pro indicativo posuit, concludere voluit, accusativum cum infinitivo antea desiderari atque huius rei causa proposuit : „ἱκανὸν ἔσεσθαι“, hoc non probo, quia verba „καὶ αὐτό μοι τοῦτο τεκμήριον ἱκανὸν ἔσεσθαι“ ex verbo „ἐξήρκει“ penderent, et quid sibi velit illud : „mihi satis erat, verbis scriptis uti, et *hoc mihi testimonium idoneum futurum esse* cett.“, ego non assequor. aliter igitur hic locus sanari posse mihi videtur, si ex optativo „ἀναγκάζοι“ proficiscimur, qui desideratur et sensu totius enuntiati et propter verba antecedentia : „εἰ δὲ ἄπαρνοι γίγνοιντο ἢ λέγοιεν“; hic optativus ex verbo „ἵνα“ pendet, quare puto loco verborum „δίκαιον ἔσται“ scribendum esse : „ἱκανὸν εἴη“, ita ut ex „ἵνα“ tres optativi pendeant : „ἵνα — λέγοιεν“ —, „εἴη“ —, ἀναγκάζοι“, quorum duo posteriores liberiore quadam structura cum verbo „ἵνα“ coniuncti sunt; nostra lingua : „damit sie nicht gezwungen sagten, was ich fragte, sondern ich begnuegte mich damit, das aufgeschriebene zu fragen, und gerade das sollte fuer mich hinlaenglich Zeugniss sein cett.; wenn sie aber leugneten, sollte die Folter sie zwingen cett.“; qui verba „εἴη“ et „ἀναγκάζοι“ non intellexit, is facile ea mutare poterat in „ἔσται“ et „ἀναγκάζει.“

I. 20 : ἀνθ' ὧν ἡ μὲν διακονήσασα ἔχει τὴ ἐπίχειρα ὧν ἄξια ἦν, οὐδὲν αἰτία οὖσα (τῷ γὰρ δημοκοίνῳ τροχισθεῖσα παρεδόθη,) ἡ δ' αἰτία τ' ἤδη καὶ ἐνθυμηθεῖσα καὶ χειρουργήσασα ἕξει, ἐὰν ὑμεῖς τε καὶ οἱ θεοὶ θέλωσιν. pro verbis „οὐδὲν αἰτία“ codex A praebet : „οὐδ' ἐν αἰτίᾳ“, B depravatus est in „οὐδ' ἐναντία“, N recte correxit : „οὐδὲν αἰτία“. verba porro „τροχισθεῖσα παρεδόθη“, quae sensu carent, Sauppe emendavit : „τροχισθῆναι παρεδόθη“ (Maetzn. coniecit : „παραδοθεῖσα ἐτροχίσθη“). praeterea Reiske offendit in coniunc-

tione verborum: „ἡ δ' αἰτία τ' ἤδη καὶ ἐνθυμηθεῖσα καὶ χειρουργήσασα", quae verba Maetzner frustra defendere studuit, cum verba „καὶ ἐνθυμηθεῖσα καὶ χειρουργήσασα" explicaret: quippe quae et excogitarit scelus et perpetrando sceleri manum praebuerit. sed hoc statuere vetamur propter particulam „τε"; tres enim partes particulis „τε-καὶ-καὶ" arte inter se coniunguntur. Blass recte intellexit, verba „καὶ χειρουργήσασα" loco suo mota esse atque ea transposuit post verbum „διακονήσασα", quia „χειρουργεῖν" „manu agere" paelex, non noverca dici potest. contra quam sententiam fortasse quispiam ordinem traditum ita defendet: „filius culpam novercae quam maxime aucturus paelicem insontem dicit adiuvisse tantum (i. e. „ἡ διακονήσασα"), novercam et auctorem sceleris fuisse et omnia excogitasse et re vera („eigentlich") scelus perpetrasse." at verbo „χειρουργεῖν" nihil aliud significatur, nisi „manu agere", atque illud „re vera" verbis exprimendum erat, quare Blassio assentior. immerito autem Blass verba „ἔχει τὰ ἐπίχειρα ὧν ἀξία ἦν, οὐδὲν αἰτία οὖσα" in textum recepit, quae corrupta esse Hirschig [1]) docuit. nam paelex dici non potest: „οὐδὲν αἰτία οὖσα", si ea poena afficitur, qua digna est, i. e. si carnifici traditur. quamobrem Hirschig verba „οὐδὲν αἰτία οὖσα" et „αἰτίατ' ἤδη" eiicienda esse censuit. haec vero verba qua ratione in textum irrepserint neque intellegi potest, neque tali violentissimo remedio opus est, si ante verbum „ἀξία" verbum „οὐκ" inserimus, quod post verbum „ὧν" facile evanescere potuit. ita omnia bene procedent. „paelex, quae ministra tantum sceleris perpetrandi erat, huius rei poenam luit, qua non digna erat (i. e. graviore, quam qua digna erat, poena afficiebatur), quia non in culpa erat, carnifici enim torquenda tradita est, ea autem,

---

[1]) Philol. IX., pg. 730, quem Blass non curavit.

quae et in culpa est et scelus excogitavit, poenam luet, si vos et dii voluerint."

I. 25: „καίτοι πότερον δικαιότερον οἰκτεῖραι μᾶλλον τὸν τεθνεῶτα ἢ τὴν ἀποκτείνασαν"; Blass cum in verbo „μᾶλλον" quod comparativo additum est, offenderet, „δίκαιον" proposuit loco verbi „δικαιότερον". at idem factum est II. β. 8 : „ταῦτ' ἀντιλογισάσθω, ὅτι με εἰκότερον ἦν τὴν ἀσφάλειαν τῆς ἐπιβουλῆς τηροῦντα φυλάξασθαι καὶ μὴ παραγενέσθαι τῷ ἔργῳ μᾶλλον ἢ τοῦτον σφαττόμενον ὀρθῶς γνῶναι"; neque in hac verborum coniunctione offendendum esse mihi videtur.

II. α. 4 : οὔτε γὰρ κακούργους εἰκὸς ἀποκτεῖναι τὸν ἄνθρωπον· ἔχοντες γὰρ ἂν τὰ ἱμάτια εὑρέθησαν· οὐδεὶς γὰρ ἂν τὸν ἔσχατον κίνδυνον περὶ τῆς ψυχῆς κινδυνεύων ἑτοίμην καὶ κατειργασμένην τὴν ὠφέλειαν ἀφῆκεν· οὐ μὴν οὐδὲ παροινήσας οὐδεὶς cett. — ἐλοιδοροῦντο· οὐδὲ μὴν ἄλλου στοχαζόμενος ἔτυχε τούτου· οὐ γὰρ ἂν σὺν τῷ ἀκολούθῳ διέφθειρεν αὐτόν."

Verba „οὔτε γὰρ — ἄνθρωπον", quamvis inepto loco tradita, coniecturae Aldi deberi Sauppe [1]) recte statuisse mihi videtur, id quod inprimis ex verbis „τὸν ἄνθρωπον" elucet, quae minime respondeant verbis „τὸν ἄνδρα", quibus supra utebatur orator [2]), cum Blass [3]) hoc loco nisus Aldum suo codice usum esse contenderet atque ad sententiam suam confirmandam afferret, verba si coniecturae deberentur, inepto loco addi non potuisse. contra quam sententiam Schoell [4]) recte : „qui verba „ἔχοντες γὰρ ἂν τὰ ἱμάτια εὑρέθησαν" legebat, lacunam esse facile intellexit." haec

---

[1]) Saupp. quaest. pg. 4; Kayser, Rh. Mus. XII., 225 comprobat, Reiskium in versione haec verba iam transposuisse.

[2]) cf. Rh. M. XVI., pg. 72.

[3]) praef. edit. pg. VI.

[4]) cf. Schoell pg. 301—302.

autem verba „ἔχοντες γὰρ ἂν τὰ ἱμάτια εὑρέθησαν“ in omnibus codicibus inveniuntur : secundum Bekkeri testimonium desunt in ABγ, at Dobsono auctore in codicibus A et M servata sunt; sequitur, ut Bekker erraverit[1]). minime vero verbum ἂν retineri potest quod Blass[2]) recte delevit, cf. II. β. 5 : τὸ μὲν γὰρ μὴ ἐκδυθῆναι οὐδὲν σημεῖόν ἐστι, sed hoc ante eum Reiske intellexerat[3]), et argumenta per Schoellium ad verbum ἂν defendendum allata nulla sunt. quamquam Schoellio concedendum est, hoc loco maiorem lacunam statuendam esse, id quod ex β. 5 patet; at quae verba interciderint, scire non possumus, neque Blassii coniectura „μὴ μαινόμενος“ sufficit, quia verba „οὔτε“ et „οὐ μὴν“ inter se non respondent. infra autem ante verbum „ἔτυχε“ verbum „οὐδεὶς“ inserendum est, nam in enuntiato quod antecedit verba „οὐδεὶς διέφθειρεν αὐτὸν“ facile suppleri possunt, id quod fieri non potest hic ubi novum verbum „ἔτυχε“ positum est neque is qui „ἄλλον στοχαζόμενος τούτου τυχεῖν“ non poterat, idem esse potest, qui „ὁ παροινήσας antea commemoratus.“

II. α. 9 : ἔμπνους γὰρ ἔτι ἀρθεὶς, ἀνακρινόμενος ὑφ' ἡμῶν, τοῦτον μόνον ἔφη τῶν παρόντων γνῶναι αὐτούς. codex N praebet : γνῶναι τῶν παρόντων. Bekker, coll. II. δ. 4 : „φασὶ δὲ τῶν μὲν ἐντυχόντων παιομένοις αὐτοῖς οὐδένα cett.“ coniecit „παιόντων“ fuisse loco verbi „παρόντων“, quod Blass in textum recepit : „servus dixit, se hunc tantum ex iis cognovisse, qui ipsos i. e. dominum et servum occidissent.“ quam coniecturam accipere vetamur propter verba insequentia : „ἐξελεγχόμενος δ' ὑπό τε τῶν εἰκότων ὑπό τε τῶν παραγενομένων“; quia enim antea dictum est, neminem nisi servum adfuisse

---

[1]) cf. etiam Hug pg. 6, adnot.
[2]) Rh. M. XXI., pg. 274.
[3]) cf. Dobs. edit. pg. 42, s. v. εὑρέθησαν.

(ἑνὸς δὲ τοῦ ἀκολούθου παραγενομένου), et dominum adfuisse per se patet, hanc ob rem „οἱ παραγενομένοι", a quibus reus dicitur „ἐξελεγχόμενος" sunt dominus et servus. Nusquam autem[1]) dicitur, dominum extemplo mortuum esse, quare praeter servum etiam dominus percussorem agnoscere et cum servo communicare poterat. itaque cum Maetznero scribamus : „τοῦτον μόνον ἔφη τῶν παρόντων γνῶναι αὑτούς", (saepissime in Antiphontis orationibus spiritus asper restituendus est) : „servus dixit, inter praesentes percussores hunc tantum ab ipsis (i. e. a domino et servo) cognitum esse."

II. γ. 3 : τοὺς μὲν γὰρ ὅ τε φόβος ἥ τε ἀδικία ἱκανὴ ἦν παῦσαι τῆς προθυμίας, τοῖς δὲ ὅ τε κίνδυνος ἥ τε αἰσχύνη μείζων οὖσα τῆς διαφορᾶς, εἰ καὶ διενοήθησαν ταῦτα πρᾶξαι, ἀρκοῦσα ἦν σωφρονίσαι τὸ θυμούμενον τῆς γνώμης." in priore parte huius enuntiati aliquid corruptum esse patet, quare Bekker loco verbi „προθυμίας" ab origine „προμηθίας" fuisse putat. Reiske autem ante verbum „ἱκανὴ" verbum „οὐχ" inseruit, quam coniecturam a Maetznero et Blassio receptam recte se habere nego. accusator sententiam refutare studet adversarii, qui contenderat, verisimilius esse scelus perpetrasse alios (cf. II. β. 6), quippe qui non ignorarent, reum in suspicionem venturum esse. dicit igitur accusator, quo minus fuerit periculum, in quo alii versati sint, eo minus esse verisimile, virum ab iis occisum esse. iam secundum Reiskii coniecturam verbum „φόβος" esse debet : „timor periculi in viro occidendo subeundi" i. e. idem fere, quod verbum insequens „κίνδυνος", atque verbum „ἀδικία" : iniuria cum scelere perpetrando coniuncta, (Maetzner vertit : „atrocitas sceleris"), nostra lingua dixe-

---

[1]) Ne quis in γ § 2 offendat, ubi dominus ab iis, qui casu inciderant, mortuus inventus esse dicitur; hnuc enim inter caedem perpetratam atque adventum hominum, postquam se percussorem agnovisse cum servo communicavit, expirasse statuendum est.

rim : „Das Gefühl des Unrechts.“ ex verbis autem, quae initio paragraphi exstant („τῶν μᾶλλον ἐν φόβῳ ὄντων“) sequitur, ut nostro quoque loco verbo „φόβος“ significari non possit, „timor periculi in scelere perpetrando subeundi“, sed „timor rei, ne per inimicum bonis et patria privetur.“ cum supra inter se oppositi sint „οἱ ἧσσον κινδυνεύοντες“ et „οἱ μᾶλλον ἐν φόβῳ ὄντες“, verbis „τῶν μᾶλλον ἐν φόβῳ ὄντων“ reum significari, qui timebat, ne per inimicum patria et bonis privaretur, manifestum est. Praeterea verbis „οἱ ἧσσον κινδυνεύοντες“ respondent verba „τοὺς δὲ ὅ τε κίνδυνος“ cett., et verbis „τῶν μᾶλλον ἐν φόβῳ ὄντων“ respondent verba „τοὺς μὲν ὅ τε φόβος ἥ τε ἀδικία“ cett., quare etiam hoc verbo „φόβῳ“ idem significari debet, quod antea, i. e. timor rei, ne per inimicum patria et bonis privetur, nostra lingua : „Die Angst vor dem Verfolger.“ si vero verbo „φόβος“ significatur : „die Angst vor dem Verfolger“, etiam „ἀδικία“ esse debet : „die dem Angeklagten von dem Ermordeten zugefuegte Beleidigung.“ iam vertamus : timor rei, ne per inimicum patria et bonis privaretur atque iniuria ei antea per illum illata non tam gravis erat, ut eum ab incepto averteret. nonne contrarium desideratur? quae cum ita sint, ut Reiskii ita Spengelii coniectura : „ἱκανὴ ἦν, μὴ παῦσαι“ reiicienda est. restat Bekkeri coniectura quae optimum sensum praebet, praeterquam quod verba „προθυμίας“ et „προμηθίας“ facile confundi poterant. qua recepta totum enuntiatum in nostram linguam vertamus : „Bei den einen (i. e. reum) war die Furcht vor dem Verfolger und das ihnen von jenem zugefuegte Unrecht geeignet (oder stark genug), um sie jede Vorsicht vergessen zu lassen; bei den andern reichte die mit der Ausfuehrung verbundene Gefahr und die Schande, die staerker war, als die Feindschaft, wenn sie auch wirklich die Absicht hatten, die That zu begehn, hin, um ihren Zorn zu besaenftigen.“ quo iure Bekkeri coniectura nervos orationis incidi Maetzner dixerit, non assequor,

neque in forma „προμηθία“ offendendum est, cf. Thuc. IV. 62, VI. 80[1]).

II. δ. 8: ὁπόσοι γάρ δοῦλοί μοι ἢ δοῦλαί εἰσι, πάντας παραδίδωμι βασανίσαι· καὶ ἐὰν μὴ φανῶ ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἐν οἴκῳ καθεύδων ἢ ἐξελθών που, ὁμολογῶ φονεὺς εἶναι. reus omnes servos et servas torquendos offert, ut comprobet, se hac nocte, qua caedes facta sit, domo non abiisse. codex M loco verbi „ἢ“ ex coniectura praebet „ἀλλ'“; Reiske autem, cum in verbo „που“ offenderet, „ποι“ ab origine fuisse censuit, quod Hug[2]) sensu carere putat, nisi verbum „ἄλλοσε“ additum sit. sed ne hoc quidem recte se habet, quia neque *omnes servi* et *servae* eum in alterum locum *comitari* neque *testari* poterant, *quo alio* abiisset; inprimis in verbo „ἢ“ offendendum est, nam reus aut domi se hac nocte mansisse, aut aliquo profectum esse comprobare, utrumque facere non potest. si igitur dictum est: „ἐὰν μὴ φανῷ ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἐν οἴκῳ καθεύδων“, aliud aliquid, exempli gratia, eum alterum in locum profectum esse verbo „ἢ“ addi non potest. quae cum ita sint, Hug aut verba „ἢ ἐξελθών που“ ut glossema eiicienda aut „μήδ' ἐξελθών που“ scribendum esse censet. quarum de altera coniectura ut prius disseram, sane, si verba „μήδ' ἐξελθών που“ ab origine in codicibus fuissent, glossema essent, nam necessarium non erat addere, eum domo non exiisse, si domi dormiit, praeterea servi omnes hoc testari non poterant, eum nusquam exiisse, quia omnibus in partibus domus esse non poterant. at contrarium optime addi poterat, quare coniectura codicis M: „ἀλλ' ἐξελθών που“ unice recte se habere mihi videtur, (nisi quis verba „ἢ ἐξελθών που“ cum Hugio eiicere mavult). facile autem post verbum „ἀλλ'“ suppleri potest: „ἐὰν φανῷ“, ita ut vertendum sit:

---

[1]) ex Stahlii recensione.

[2]) Hug pg. 23.

„si ex testimoniis servorum non patebit, me hac nocte domi dormiisse, sed si patebit me aliqua in parte domus abiisse, i. e. si quis servorum me alicubi exeuntem vidit, tum me percussorem esse confiteor."

III. β. 9 : „μήτ' ἄκων μήθ' ἑκὼν ἀποκτεῖναι." Blass in editione adnotat : „μήτ' ἄκων, add. N Ald." patet autem ex Maetzneri adnotatione, haec verba „μήτ' ἄκων" etiam in codice N omissa esse, quae facile in archetypo omnium interciderunt propter „-ών."

III. β. 10 : „ἐπί τε γὰρ τῇ τούτου διαφθορᾷ ἀβίωτον cett.;" agitur de verbo „διαφθορᾷ" : Maetzner adnotat : „διαφθορᾷ : Reisk. et recent. editiones, quod tuetur N. (Bekker de codicibus tacet) : διαφθορᾷ AM et vett. editiones". similiter etiam Blass, sed cf. Dobsoni editionis pg. 142 : „διαφθορᾷ" praebent AM; Bekker nihil adnotans scripsit „διαφθορᾷ", ergo in omnibus codicibus inest „διαφθορᾷ", cum Aldina tantum „θ" omitteret.

III. γ. 3 : ἐγὼ δὲ cett. . . . . . δέομαι ὑμῶν, ὦ ἄνδρες ἀνοσίων ἔργων τιμωροί, ὁσίων δὲ διαγνώμονες, μὴ ἔργα φανερὰ ὑπὸ πονηρᾶς λόγων ἀκριβείας πεισθέντας ψευδῆ τὴν ἀλήθειαν τῶν πραχθέντων ἡγήσασθαι· ἡ μὲν γὰρ πιστότερον ἢ ἀληθέστερον συγκεῖται, ἡ δ' ἀδολώτερον καὶ ἀδυνατώτερον λεχθήσεται. pater occisi orat, ne iudices circumveniantur arguta oratione patris rei. verba „πεισθέντας-ἡγήσασθαι" quae in codice N exstant, recte se habere supra [1]) vidimus, unde vero pendent verba : „ἔργα φανερὰ?" quae quidem Franke [2]) delevit; Sauppe post verbum „πεισθέντας" addere voluit „ἀφανίσαι", Kayser [3]) „ἄπιστα νομίσαι", Blass „ἐξαιρεθέντας" loco verbi „πεισθέν-

[1]) cf. pg. 31—32, 41—42.
[2]) in annalibus phil. et paedag. vol. 28, pg. 77.
[3]) Rh. M, XII., pg. 231.

τας" proposuit, quas coniecturas aptas non esse Schoell[1]) docuit. neque ipsius Schoellii coniecturam : „πρὸς ἔργα φανερὰ" probo, quia, si haec verba corrupta essent, exspectaremus : „ἐν ἔργοις φανεροῖς." ego puto, corruptelam ante verba „τὴν ἀλήθειαν τῶν πραχθέντων" exortam esse, *cum verbum „π α ρ ὰ" omissum sit,* ita ut scribendum sit: „δέομαι —, μὴ —, ἔργα φανερὰ —, ψευδῆ ἡγήσασθαι π α ρ ὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν πραχθέντων", „ne res apertas fictas esse putetis contra veritatem factorum." si quis „ψευδῆ" et „τὴν ἀλήθειαν-ἡγήσασθαι" coniunxit, facile verbum „παρὰ" evanuit.

III. δ. 4 : *Σχετλιάζει δὲ κακῶς ἀκούειν φάσκων τὸν παῖδα, εἰ μήτε ἀκοντίσας μήτε ἐπινοήσας, αὐθέντης ὢν ἀποδείκνυται καὶ οὐ πρὸς τὰ λεγόμενα ἀπολογεῖται.*

Blass[2]) verbum „ἀδίκως" ante „κακῶς" inserendum esse opinatur, id quod statuere sensu vetamur, cum verba „σχετλιάζει" et „ἀπολογεῖται" inter se opposita sint (nostra lingua dicendum est : „er jammert nur cett. und vertheidigt sich nicht"). sin autem verbum „ἀδίκως" ad verbum „σχετλιάζει" addimus, haec oppositio evanescit.

V. 22 : „τούτων δ' ὑμῖν μ α ρ τ υ ρ ί α ς παρέξομαι." Reiske restituit μ ά ρ τ υ ρ α ς, ita semper Antiphon, cf. § 20, 24, 27, 28, 30; praeterea omnibus his locis articulus additus est, quare etiam nostro loco scribamus :

„τούτων δ' ὑμῖν τ ο ὺ ς μ ά ρ τ υ ρ α ς παρέξομαι." e contrario Antiphon articulum omisit, si verbo „καλεῖν" usus est (§ 35, 56).

V. 45 : „ἔπειτα ἐν τῇ γῇ μὲν ἀποθανόντος, ἐντιθεμένου δὲ εἰς τὸ πλοῖον, οὔτε ἐν τῇ γῇ σημεῖον οὐδὲ αἷμα ἐφάνη οὔτε ἐν τῷ πλοίῳ." Cobet et Hirschig[3]) suo iure offenderunt in coniunctione verborum : ο ὔ τ ε ἐν τῇ γῇ

---

[1]) Schoell pg. 306.

[2]) cf. editionis adnotationem l. l.

[3]) Philol. IX., pg. 736—37.

σημεῖον οὐδὲ αἷμα ἐφάνη, οὔτε ἐν τῷ πλοίῳ, et profecto in verbo „*σημεῖον*" nulla voce addita offendendum est. iam Hirschig graecitatem postulare dicit : „*οὔτε ἐν τῇ γῇ σημεῖον οὐδὲ νοὔτ' αἷμα ἐφάνη οὔτε ἐν τῷ πλοίῳ.*" deinceps delet verba „*οὐδὲ αἷμα*", ut ex § 27 addita, cum in verbo „*αἷμα*" post „*σημεῖον*" addito offendat. quoniam vero in hac paragrapho nullum indicium agitur, nisi sanguis, hunc locum emendare posse mihi videor, si scribo : „*οὔτ' ἐν τῇ γῇ σημεῖον οὐδὲν αἵματος ἐφάνη οὔτε ἐν τῷ πλοίῳ.*"

VI. 8 : „*ἐγὼ δὲ ἀξιῶ πρῶτον μὲν περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος κρίνεσθαι καὶ διηγήσασθαι ἐν ὑμῖν τὰ γενόμενα πάντα.*"

Codices praebent „*κρίνεσθαι*", quod ex „*ἀποκρίνεσθαι*" vitio factum esse Reiske docuit; recte, nam verbum „*ἀποκρίνεσθαι*" sensu verbi „*ἀπολογεῖσθαι*" usurpatum invenitur II. δ. 3, IV. δ. 8, VI. 14, 18, sed ex verbis „*διηγήσασθαι*" et „*ἀπολογήσασθαι*" in hoc enuntiato usurpatis intellegitur, scribendum esse : „*ἀποκρίνασθαι.*"

Vita.

Natus sum Hermannus Reutzel Ranstadtii a. d. VII. Idus Octobres anni MDCCCLV. patre Henrico verbi divini magistro, matre Bertha e gente Funk. fidei addictus sum evangelicae. postquam domi educatus ac primis litteris a patre optimo imbutus sum, gymnasium Buedingense, postea Wormatiense usque ad annum MDCCCLXX frequentavi; quo anno cum pater carissimus acerba morte mihi ereptus esset, cum matre Gissas demigravi. maturitatis testimonio instructus autumno anni MDCCCLXXIII. in civium huius almae academiae numerum receptus sum. ubi dum per unum annum stipendia merui, iuris scientiae operam dedi, postea vera ad studia philologa me converti. posteaquam per octo semestria interfui scholis virorum illustrissimorum Bratuschek, Clemm, Oncken, Philippi, Schiller, Weigand, atque per tria semestria seminarii philologi sodalis ordinarius fui, proximo anni antecedentis mense examen pro munere scholastico peregi.

Iam libentissime utor occasione omnibus viris, qui optime de me meriti sunt, gratias maximas agendi, inprimis praeceptoribus meis Clemm et Philippi qui quantopere me adiuverint verbis satis dicere vix possum.